Vinagestum:

589.

N. Inv. 589.

Almagestum Ptolomei.

LL 22
4.

wille sion das de wer
de gebuwet dy muren

M

Dv vngerechten deyne
wegē vn dy sunde wer
den sich czu dir keren
Lose mich von mynē
sunden got got myne

vn yn sunde entphinc
mich myn mut Wen
sich du warheit hastu
lib gehabit vgewis vn
vorborgē ding. Dy
wisheit hastu

ant lic vō mynē sun
de vn alle myne bosht
vtilge D in reinis hc̄ze
schapfe got yn mir

nū weder dy vrolicht
dines heils vn mit de
vnemstē geiste bestetige
mich D o wil ich lere

vn̄ bunde so wde sy
kelb' lege̅ vf dine alt
Ere sy dem vat' vn̄ de
sone vn̄ de heilige geiste

bosheit Vorbas wasch
mich von myn bosheit
vn̄ vo̅ myne̅ sunde̅ rei
nyge mich Wan ich myne
vngerechtikeit wol irkene

me Myn gehore gibist
du vroud vn̄ vrolicheit
vn̄ des werde sich i vroude
n irhebe̅ dy gemuderte
... [illegible] ...

vn̄ eyne rechte geist
vnnuwe i meyn gederm
Nicht verwirst mich
von dim antlitz vn̄ dy
ne̅ heilige̅ geist vre
nicht von mir G ich

reden vñ uber windist
wā du wirst richten
Wen sich vn bosheit
bin ich entphangen

te eñ gequelit geist
das rüwige hertze vñ das
demmütige herre got das
versmestu nicht G ni

wiste sion das die mu
re gebuwet der núren
ihrm Do wirstu an nem
enpfan die heiligung
der gerechtikeit opfer

Miserere mei deus Er
barm dich herre got
uber mich nach diner
grosen barmherzikeit
Vn nach der menige
din barmunge tilge mine

mich Do wil ich lere

II

Liber Iste erat Magistri leonardi de Dopczicze Sacrorum Canonum Baccalaurei Collegiati Maioris Collegii artistarum. Datus pro libraria artistarum Studii Cracovien

1023

589

Quondam princeps nomine Albuguafe in libro suo quem sententias sapientum et verba nominavit pulcritudine dixit quod hic Ptolomeus fuit in disciplinis scientia preponens, peritus in aliis et duabus artibus subtilibus, videlicet geometria et astrologia, et fecit libros multos, de quorum uno scilicet est qui Megasti dicitur, cuius significatio est maior perfectus, quod ad linguam volentes gentes arabicam nominaverunt Almagesti. Hic autem ortus et educatus fuit in Alexandria maiori terre Egipti. Cuius progenitorum ... fuit existit in provincia que dicitur Pheludia, qui in Alexandria considerationes siderum consideravit instrumentis tempore regis Adriani et aliorum. Et sic consideratores ab hiis quas in toto expertus est opus suum edidit. Ptholomeus vero hic non unus regum Egipti fuit qui Ptholomei vocati sunt, sicut quidam existimant, sed hoc fuit eius nomen, ac si aliquis vocaretur Cosdroe aut Cesar. Hic autem in statura mediocris fuit, colore albus, incessu largus, subtiles habens pedes, in maxilla dextra signum rubeum, barba eius spissa et nigra, dentes anteriores habens discoopertos et apertos, os eius parvum, loquela bona et dulcis, fortis ire, tarde sedabatur, multum spaciabatur et equitabat, parum comedebat, multum ieiunabat, redolentem habens anhelitum et indumenta munda. Mortuus est anno vite sue 78. Hic sunt de disciplinis et sapientiis Ptholomei huius.

Convenientius est intelligenti propterea verecundari cum ea que ei non sunt grata cogitat. Intelligens est qui sua linguam suam compescit nisi adhuc ut cum Deo loquatur. Insipiens est qui sui ipsius ignorat quantitatem. Cum aliquis sibi placet adhuc cum ... ut ira Dei sit super ipsum. In bono quod Deus operatur qui bonitate largitatis ... debes et in malis adversis que pergatur et cum innumerabili bonitate. Quanto plus sunt coniuncti boni cum augmento opere bonum disciplina sui intellectus sapientibus et ... Non sunt mortui qui scientiam vivificaverunt, nec sunt pauperes qui intellectu donatus est. Cum inter sapientes humilior est sapientior existit sicut locus profundior magis habundat aquis ceteris locis. Non consideras nisi cum eo qui veritati credit, nec respondeas nisi arte querenti consilium et cupide respicienti consilium non committas nisi qui celaverit. Cum in mundo permanere volunt cor paciens adversitatibus preparet. Parva domus et dolor minor. Plus gaudeas quod non dixisti errore quam quod benedicendo non tacuisti. Cum rapere non extendas manum adiurandi et sui vindicte non sunt dimissio debilitas pacis. Ultime horis prosperitatis ... Iustorum corda secretorum sunt monumenta. Cum per alios non corrigitur alii per ipsum corrigentur. Magnus intellectum validum tenet habenas vulgi habenas regere melius est quam multas tenere militum. Confidencia est secretus consolans, quamvis licet non compensaveris eam cum ingenuasti. Securitas plurimus dolore ... et pauper inimicus consolacionem infert. Inter homines alter existit qui non curat ... maribus sit mundus. In mundo videtur quod ablato boni alterius sit sibi bonum. Habere ... censusque et census ... Cum scientia sua ultra astucia quam ipse extendit est sicut pastor debilis cum multis ovibus. Cum in dignitate sua multum excollitur et in assumpcione eius multum deprimitur. Cum male operando vel ... sciat despoptus est. Cum in medicamento confidit tempestive ... ei. Mediocritatem existit clamans. Intercessor est petentem ala ... non crescit confidencia ... admirante ... ignorans ... magistri inimicus. Cumque ... qui rogant sed excusatio dixit. Regibus coniungit se qui coniungit consideratoribus picturas que cum a longe videntur placent, proprius vero non delectant.

Liber hic scripto Maymonis Regis Arabum qui regnavit in Baldach, ab Alhazem filio Josephi filii Matre ... et Sergio filio Albe ... anno ... xii et ... sunt Sarracenos translatus est. Cum quibus liber est magnus dictus Almagesti, quem Ptolomeus Pheludensis de scientia stellarum et motuum que sunt in celo composuit. In hoc autem libro sunt 13 dictiones, in quas vero ... huius capitula continentur, que dominus ... earum principio dicam. In prima autem dictione sunt ... capitula. Sequuntur tituli capitulorum etc.

Tituli capitulorum dictionis prime Almagesti Ptolomei Pheludensis

Capitulum primum de excellencia utilitate et fine huius sciencie
Capitulum 2m de ordinibus modorum huius sciencie
Capitulum 3m de eo quod indicat quod celum totum sit spericum
Capitulum 4m de eo quod indicat quod terra sit in medio celi
Capitulum 6m de eo quod indicat quod terra sit sicut punctum apud celum
Capitulum 7m de eo quod terra localem motum non habeat
Capitulum 8m quod primi motus qui sunt in celo sunt duo
Capitulum 9m de sciencia partium cordarum circuli
Capitulum 10m de modo quo tabule arcuum circuli et cordarum eius fiunt
Capitulum 11m de positione arcuum et cordarum eorum in tabulis
Capitulum 12m de arte sciendi quo sciatur quantitas arcus qui est inter duos tropicos
Capitulum 13m de sciencia quantitatis arcuum qui sunt inter orbem equatoris diei et inter orbem medii signorum qui declinacio dicitur
Capitulum 14 de sciencia quantitatis arcuum equatoris diei qui elevantur in spera recta cum arcubus orbis signorum datis

Ecce tibi dictionis prime capitulorum distinctionem dictor dedit

Dictionis magne Almagesti Ptholomei que conscripsit de sciencia stellarum et motuum qui sunt in celo dictio prima feliciter incipit. Ecce tibi capitulum primum dictionis prime.

[B]onum fuit scire quod a sapientibus non deviantibus
visum est cum partem speculationis a parte operationis distinxerunt
quod sunt due sapiencie partes. licet enim contingat ut
operatio sit speculatio prior, inter eas tamen permaxima existit differentia
non solum et si quorundam morum honestatem possibile sit
plurimum hominum inesse absque doctrina, tamen non totius scientie
absque doctrina comprehensionem est possibile. Verum ex eo quod plurimum
utilitatis consistit in opere propter plurimam perseverantiam agendi in rebus, in
sciencia propter augmentum nostra. Ideoque visum est expedire nobis ut scientiam
metiri operationum cum doctrina principiorum ... quod reperimus imaginatione et intellectu
neque desistere ex inquisitione totius pulcre et decentis forme per inspirationem bonitatis
neque dimittimus rebus neque viribus, et ut expendamus plurimum nostri ocii et plurimum
nostri studii in disciplina sciencie magne et excelse et precipue quod nominatur sciencia
quod bonum fuit quod Aristoteles divisit theorica cum sit tria prima quorum distribuit
naturale, doctrinale, theologicum. Quando namque omnis quanti essencia est et forma et
motus, neque est possibile ut aliquid horum tamen solum per se sigillatim stans absque
videatur possibile cum est ut unum absque alio intelligatur. Cum sequitur scire quod quod sit
prima causa primi motus estimabitur ei cum illud secundum ordinem suorum sunt
quod est deus invisibilis et immobilis. Species autem theorice qua inquiritur essentia qua scitur
quod est in suprema altitudine ordinum mundi nominatur theologica, et hoc quidem intelligitur
separatum esse a substantiis sensibilibus. Species vero theorice que inquiritur essentia
qua scitur quod est in suprema ordinum qua est materialis investigatur
alteratione albi et nigri et calidi et frigidi et acetosi et dulcis et que his
similia existunt, et que his assimilantur nominatur naturalis; hec autem non consistit nisi in
aliquibus quorum plura sub orbe lune moventur. Species vero indicante demonstrationem
specierum formarum et motuum eorum que localiter moventur et quantitate et magnitudine et temporis
et figura et que his similia existunt sigillatim ponendo et vocabo eam speciem
sciencie et hec quidem nature est quasi medium inter illas duas naturas non tamen
possibile est intelligatur per sensum sicut est comprehendi naturale et absque sensu
est quemadmodum est comprehendi theologica. Verum ex eo quod essentia hec existit
omnibus corporibus que corrumpuntur et non corrumpuntur aliter existit omnibus ex corporibus
mortalibus et immortalibus alterata cum alterata in forma, ... separato eius
tamen formas ... permanentem quod sunt ... absque alteratione. In eis autem
que corrumpuntur existit cum alteratione forme quando separatur anima ... quod non corrumpuntur
... sed ... celesti ... forma sua absque alteratione. Ideoque dico quod r-
eliqua genera divisionis theorice sola estimatione cognoscuntur et non sciencie veritate com-
prehenduntur. theologicum videtur quia neque videtur neque comprehenditur. Naturale vero propter mo-
tionem nature et levitate sui ... et velocitate sue alterationis et paruitate sue
nube, quare convenienter sapientes nunquam ... expectatur. Genus vero doctrinale ipsum
solum ... cum qui ipsius studiosi exponunt et vehementer investigationem sciencie perma-
nente vera absque alteratione et gravitate, quia demonstrationes que in eo sunt per vias
sunt in quibus non est ambiguitas cum assimilatione ... arismetice et mensure
et geometrie. Nos autem volumus ut in tota hac sciencia inquirere possimus ... et
precipue in sciencia corporum celestium. In hac namque sciencia fit investigationibus

consideratio de rebus que super sunt vicinio creatoris maior possibilis est ut hec scientia perfecte ipsum comprehendas propter suam declarationem et suam ordinis bonitatem uno modo existentem quod quidem proprium est scientie vere. Hoc quoque non parum valet ad reliquas duas modorum scientie comprehensionem et precipue scientie dei excelsi. Ipsa namque est scientia adsciens deum altissimum per rationem compensatoris et intellectum quia et eius scientia vere et manifeste significat deum qui non alteratur et non movetur et non est accidens neque est factus quia ipsa nostre scientie qua de deo habemus altissimo vicina existit. Et quia ipsa est semita ducens ad eum. Ipsa namque scientia eum de rebus permanentibus perseverant inquirit et est exigue considerationis eius quia non alterantur et estimationis eius absque opere vicinalis accidentibus que sunt in revolutionibus et ordinibus motuum que sunt substantiarum sensibilium moventibus et motus sempiternus in quibus non existit diversitas. Adiungimus quoque naturale non parum extat iuvamentum. Universalitas enim nature maliis proprietate non videtur neque comprehenditur nisi ex qualitate compositionis motus localis. Maior et quod corruptibile et quod non corrumpitur per motum rectum et circularem sentitur. Grave quoque et leve et agens et paciens videntur per motum a medio et versus quem est ad medium. Preterea in actionibus quoque et honestatibus morum laudabilium non est eius utilitas parva, immo inter est ea magis admirans adaperiendo oculos mentis nostre et intellectus ad considerandum ea que operibus simulantur divinis propter bonitatem moderaminis et equalitatem et parvitate arrogantium et quia ipsa eum facit qui perseverantiam inquirit hanc celestem pulchritudinem diligere et ducit eum ad perseverantiam divini studii et iungit eum ipsi quod nec simile est propter bonitatem forme et assimulat eum creatori suo. Nos autem laborabimus ut in amore scientie eternas manentem usque adhuc que eas conditor eius imposuit in sequentibus huius nostri libri addamus. Ea vero huius scientie quorum complexio completa est a scientibus ea non demonstrantibus scilicet habentibus hanc scientiam et inquirentibus ea cum investigatione et studio adiscimus. Desideramus vero addere in eo explanationem secundum mensuram qua possibile fuit tempus quod fuit inter nos et eos non addere. De omnibus vero huius scientie que iam estimamus sufficienter manifesta et posita et certificata apud nos usque adhuc rerum processus temporis elaborabimus librum scribere compendiosum et quanto plus possibile est brevem secundum mensuram tamen qua possibile sit subtilibus in arte arismetice eum intelligere. Quod vero tota complere volumus ponemus quicquid est conservare possibile et quo indigent ex scientia celesti in loco sibi proprio et secundum suos ordines ne talis liber prolongetur. Quecumque visitata sunt eis que ab antiquis posita sunt semper plura prius sumpta. Que vero comprehendere non potuerunt aut aliter quam oportebat posuerunt elaborabo ponere et [illegible] secundum quantitatem nostre virtutis.

Capitulum secundum de ordinibus huius scientie.

Quod vero sumus de hac scientia premittentes est summa scientie habitudinis universe totius terre ad totum celum. Quemadmodum sunt hec mensura dico ergo quod primum oportet nos in sequentibus ex dimensionibus eius et partibus assumere investigationem scientie loci declivis orbis per quem orbem signorum intelligimus et propter scientiam que accidunt locis orbis terre habitabilibus. Deinde post hec sequuntur cum diversitate que est inter orizontes earum abscisionum inseparabilium qui proveniunt propter declinationem secundum eas ordines. Propterea ergo eas que premisimus scientiam premisimus. Erit inquisitio earum que sunt post ista facilior. Secundo vero post hec adnarramus sermonem de inquisitione scientie motus solaris et lunaris et que eas contingunt. Impossibile namque est comprehendere scientiam stellarum et que de eis sunt explanare volumus ante harum scientie comprehensionem. Summa ergo sermonis de stellis est postremo quod in ea sermocinatum est secundum quod ordinabile videtur. Tunc vero oportet ut premittamus de orbe stellarum fixarum sermonem. Deinde exequimur hec sermo de quinque stellis que planete dicuntur. Et laborabimus ut declaremus unumquodque eorum que premisimus sumendo inventionum instrumentorum et considerationum has per res apparentes et manifestas in quibus non est dubitatio ex eis que antiqui tradiderunt et nos post ipsos experti sumus quibus fundamentum et principia et constituemus super ea que sequuntur ea per quem secundum semitas demonstrationum mensurabilium.


Capitulum tertium in quo scitur quod celum sit sphericum et motus eius sphericus.

Summa vero eius quod narrando oportet nos proponere est quod sciamus dico quod celum sit sphericum et motus eius sphericus et quod terra secundum sensum cum omnibus suis partibus sit sperica et locus eius in medio totius celi sit sicut centro et quod ipsa non habet motum localem et quod ipsa secundum magnitudinem et spacium est quasi centrum quantum ad orbem stellarum fixarum. Summatim autem paucos sermones secundum demonstrationem de unoquoque eorum que premisimus ad rememorandum ponimus. Quod intellexerunt antiqui de hiis que premisimus verum sunt hoc quod dicam ex considerationibus. Videbant enim quod sol et luna et reliqua stelle movebantur semper ab oriente in occidentem super orbes adinvicem distantes incipientes ab infimo inferiori et paulatim elevabantur ad suprema altitudine ac si elevarentur a terra. Deinde post hoc uno modo iterum ad infimum secundum descenderent donec essent quasi cadentes in terra et occiderent in ea. Deinde post hoc parvo tempore morarentur occulte et elongate post excessum orirentur et occiderent ac si aliud haberent principium et decumbat hec tempora que erant motuum earum ab oriente ad occidentem et ab occidente ad orientem cum inspiratione alternata. Plurimum vero quod perduxit eos intellectus ad affirmandum figuram celi esse sphericam fuit revolutio stellarum semper apparentium quas videntur in circuitu revolui super unum centrum. Dictio ergo oportet ut punctum illud quod est centrum sit polus spere celestis. Et videbat quod quanto stelle magis appropinquant puncto in circuitu revoluuntur in minoribus. Et quanto eas sunt a puncto remotiores revoluuntur in circulis maioribus secundum mensuram propinquitatis et remotionis donec elongatio perveniat ad eas que occultantur. Et videbant quod eas que occultantur quanto propinquiores existunt semper apparentibus minus morantur in occasu. Et que sunt remotiores magis morantur secundum quantitatem propinquitatis et remotionis. Hec ergo in eis sola sunt prima que eos in istos confirmaverunt in earum cogitationibus. Scitur quod figura celi esse sperica. Post ea vero reliqua indicia hoc idem que sequuntur ista sunt quoniam non sumus quod quanto videmus in eo ex rebus apparentibus significant contrarium eius in quo contrarium est opinione nostre ad inventionem quandam quem confirmaverunt. Possibile ergo non est ut dicamus si ita est quod possibile est ut quilibet eorum surgit radius super nos ortalem aborto tangens, quo est possibile ut ad ortum suum redeat cum eius motus sit secundum rectitudinem usque ad infinitum. Et quo si videretur non videremus secundum rectitudinem redire et quo non alterarentur eius lineo et non minuerentur corpus magnitudine et lumine paulatim et post occidit. Nos vero huius contrarium videmus quoniam ab occasu sunt augmentate. Deinde sustinuimus ac si a superficie terre scinderentur. Verum scis et dicunt quod ipse accenduntur a terra et post extinguntur in ea, ostendit quod sermo hic omnium ignorantia maior existit quam si nos concessimus quod hec inspiratio magna et excelsa que est in magnitudine mensurarum earum et quantitatem et longitudinem et locorum et temporum sit vana et falsa et quod sit non simus quoniam hee accenduntur et quomodo extinguntur et locorum quibusque hominibus sit accensus quibusque extinctus et quod quedam stelle inveniuntur quibusque hominibus sunt accense et quibusque extincte et quibusque neutre id est non accense neque extincte. Est hoc totum derisio et illusio dicentem ipsum. Quid ergo dicunt in semper apparentibus que non oriuntur neque occidunt apparentes aut que non oriuntur neque occidunt in quibusque locis non semper apparent in omni loco et omnino manifestum est quod stelle ille in quibusque locis

oriuntur et occidunt et immobiles nec oriuntur nec occidunt. Obliquas vero non essent stelle accendentes et extinguentes orientes et occidentes in omni loco. Sed eum extinguentes et accendentes non oriuntur et occidunt in omni loco. Apparet autem quod non oriuntur et occidunt in omni loco super terram sed apparent. Ille ergo eedem stelle non in omni loco oriuntur et occidunt sed universaliter. Aut dico quod quecumque figura aliquis dixerit motus esse celestis preter spericam necessarium erit ut sint spatia que sunt a terra usque ad loca altiora diversa ubicumque sit a terra sive in medio sive a medio remota. Quapropter oportebit ut videamus magnitudines earumdem stellarum et intervalla eas adinvicem diversa in loco uno in omni revolutione, eo quod quandoque sint in longitudine maiori quandoque in longitudine minori, et simpliciter oportebit ut sit declinatio figure in suo esse quorumque variationis intervalli quoque inveniuntur. Hos vero non videmus. Id autem videmus de augmento magnitudinis earum cum sint apud orizontem non demonstrat nobis sed esse propinquitatem et paruitatem longitudinum earum ab orizonte, sed est quia sicut res cum est in aqua posita videtur cum maior et quanto plus in profundum mergitur augmentatur eius magnitudo. Demonstrat etiam quod assimamus esse figuram celi spericam quia convenientia consideratorum perseverantia non est possibilis nisi secundum hunc modum et secundum hanc tamen figuram tantum. Et hic quoque dicemus secundum naturam sermone. Celestis namque motus levior est omni motu et velocior absque tarditate et prohibitione, et figurarum velocioris motus ex superficialibus est circulus et ex corporeis est sperica, et quia figure plurium laterum que sunt in circuitu equalibus plures habent angulos sunt eis maiores, est iste circulus maior figuris superficialibus et est sperica maior figuris corporeis. Celum ergo est maius corporibus que sunt preter ipsum. Adhuc quoque scientie rerum sumpta ex naturalibus. Ether namque subtilior et tenuior est omnibus corporibus aliis et vehementius similes adinvicem. Cuius autem partes adinvicem sunt plures similes eius superficies adinvicem similantur. Superficies vero quarum partes adinvicem similantur due tamen sunt, ex superficialibus circulus et ex solidis sperica. Cum ergo ether est superficialis et non est nisi corporeus oportet ut tunc sit spericus. Et nos quoque invenimus corpora mortalia plena grossa antiqui alterata diversis partibus facta secundum figuras et circulos non adinvicem similes. Et invenimus celestia subtilia similium partium sempiterna [illegible] unum quod consistit in ethere facta secundum speras. Si enim esset plana et admoveret visui alia cooperimentum facta non conveniens ea videret videlicet in una hora neque ex partibus terre diversis rotunda. Quapropter oportet ut quia ether ea continet ipsum non est spericus et quia eius partes sunt similes sit eius motus circularis secundum equalitatem.

Capitulum 4m de eo quod indicat quod terra sit sperica

Declaratur quod terra cum omnibus partibus suis sit secundum sensum sperice figure secundum esse quia videmus solem et reliquas stellas non in omni loco oriri et occidere in una hora, primo oriuntur et occidunt semper apud orientales et postremo apud occidentales. Hoc autem scimus quia invenimus consideratores tempus eclipsium et precipue lunarium que sunt in momento uno scriptas in libris antiquis qui eas consideraverunt in horis diversis non equalibus interpositis omnibus a meridie, et invenimus semper horas que sunt in libris orientalium antiquorum qui consideraverunt eclipses aut principium earum que sunt in libris occidentalium. Posteriores ergo invenimus diversitate que est inter horas secundum quantitatem longitudinum que est inter loca. Et hoc est simile ut estimemus superficiem terre esse spericam. Non enim hoc accideret nisi terra sperica foret. Gibbositas namque que est ab omnibus partibus adinvicem similibus est que operit lumen et facit umbre. Unde apparet augmentum et diminutio in eis que sequuntur partem ipsius secundum mensurationem unam. Quod si figura terre non sperica foret non esset ita. Altera nobis possibile est ut sciamus hoc eo quod dicam: quod si terra foret concava videremus stellas oriri prius apud occidentales. Et si esset plana orirentur stelle omnes simul omnibus habitantibus terram





una hora. Quod si esset triangulata aut quadrata aut alicuius figure polygonie orirentur stelle etiam super omnes habitantes in superficie una et super una recta linea una hora. Nos autem nichil horum videmus. Neque etiam est ut columpna lateribus vero circularis cuius rotunditas sit plana ad orientem et occidentem, cuius due superficies extremitatum eius sunt super duos polos, indiget si hoc sit quod estimati sunt plures existimantes. Si enim hoc ita foret nullus habitantium super eius gibbositate aliquas stellas sempiternas apparentes videret sed omnes stelle orirentur et occiderent, sed super omnes homines sunt stelle existentes longinquius ab uno ex duos polos sempiterne occulte. Nos autem videmus quod quanto plus nostra ad plagam septentrionis quantitate in ingressimus in ea augmentatur quod occultatur a nobis ex stellis meridianis et quod apparet nobis ex stellis septentrionalibus. Declaratur ergo nobis etiam quod terre gibbositas non occultat in hiis duabus partibus cum adinvicem comparantur in omnibus eius plagis quod ipsa est rotunda. Etiam quando cum nos in aqua primus admovemur ad loca alta que sunt specula ab omnibus orizontibus veniamus et ad quocumque fuerint videmus magnitudinem quantitatem eas paulatim elevari a mari et quod antea hoc fuisset submersa. Ergo declaratur a nobis quod est propter gibbositatem superficiei aque.


Capitulum 5m de eo quod indicat quod terra sit in medio celi

Postquam noverimus hoc si scire cupierimus locum terre in hiis que narrabimus non complebitur eius scientia nisi prior quod apparet nobis in ea sicut videmus et invenimus cum firmamentum locum eius medium celi sicut centrum in spera cum rursus eum ipsa sit sicut necessarium erit ut aut terra sit egressa ab axe equalis longitudinis ab utroque duorum polorum aut sit super axe neque sit longitudo eius ab utroque duorum polorum equalis aut sit egressa ab axe magis appropinquans uni polorum. Id autem destruunt sermones dicentes quod locus eius sit primus terre est quod narrabo. Si ymaginaremus casum hominis ad superiora elevata aut cum eius ad inferiora terra diversa a medio contingeret eos cum esset in orbe recto ut noctis et diei equalitas sit apud illos equinoctium eo quod orizon secaret quod de celo est super terram et sub ea absque equalitate. Et cum esset in loco ubi spera esset declinis accideret ut aut nullo modo apud eos dies et nox equales, aut si apud eos esset equalitas non fieret hoc intuitu medio inter tropicum estivale et tropicum hyemale eo quod duo hec spatia non ideo essent equalia cum circulus quem orizon secaret in duo media non esset circulus equalitatis qui est maximus illorum qui revolvuntur super duos polos motus totius. Sed esset unus circulus qui equidistat ei aut ex eis qui ab eo sunt septentrionales aut ex eis qui sunt a meridie. Apud vero omnes homines iam affirmatum est quod hec duo spatia in omni loco equalia existunt. Propter hoc quod inveniunt diei equalis longitudinis additum quousque perveniat ad illud unius longitudo est longior in tropico estivali quam est equale diminutioni longitudinis quousque perveniatur ad illud tunc brevitas est brevior in tropico hyemali. Et si ymaginaremus terram inclinatam cum hominibus ad plagam orientalem vel occidentalem contingeret eis ut viderent magnitudines stellarum neque eas longitudines equales et secundum unum modum in orizonte matutinali et orizonte vespertino. Neque esset apud eos tempus quod esset ab orizonte ad medium celi equale tempori quod est a medio celi ad occidentem. Hoc autem totum diversum est ab eo quod videmus. Illud quoque quo admirabatur primo dicentes quod locus terre est eius tamen sed quod est super axem et inclinata est ad unum duorum polorum est quod narrabo. Si hoc modo esset superficies orizontis in omni climate non secaret quod est super terram neque quod est sub ea ex celo secundum equalitatem sed secaret ipsum secundum diversitatem multis modis quorum quisque in seipso diversificaretur, et quorum quisque esset absque alio. Neque esset possibile ut orizon secaret celum in duo media nisi tamen in orbe recto. In circulo autem declinis qui propinquior est duobus polis secundum fieret apparere quod minueretur quod esset super terram et augmentaretur quod esset sub terra sicut vel contra. Quapropter superficies huius orizontis secaret circulum maiorem qui transit super medium signorum absque equalitate. Hoc autem









est quod non sit apparet. Omnibus hominibus enim sicut videtur sex signa super terram apparere et sex reliqua occultari et celari. Deinde post hoc apparent illa sex occulta super terram et occidunt alia residua. Propter hoc ergo declaratur quod orizon secat circulum per orbis signorum in duo media, quia utraque medietatum duarum orbis apparet inde integra super terram semel et occultatur sub ea semel. Summa vero eius quod accideret nisi locus terre esset sub linea equalitatis diei, esset mediatus ad unum duorum polorum ad septentrionem aut ad meridiem, quod non esset umbra instrumentorum orientalium in equalitate diei cum umbra instrumentorum occidentalium super unam lineam rectam super superficiem equidistantem orizonti. Nos autem videmus eas in equalitate super unam lineam in omni loco. Et ex hoc demonstratur quod non affirmatur sermo dicentium quod locus terre est tantus [illegible] quos diximus. Et hoc enim accidit cum vim ei quod videmus in duobus locis primis ad unum extremorum. Deinde autem consideret quod [illegible] et [illegible] toti quod apparet ex inconsideratione augmenti et diminutionis noctis et diei. Et locus terre non esset medius, neque esset eclipsis lunaris in omnibus plagis celi in oppositione lune et solis super diametrum [illegible] cum non obumbraret eam terra in tempore oppositionis, neque nisi in spaciis que essent minora medietate celi.

Capitulum sextum de eo quod indicat quod terra sit sicut punctum apud celum stellarum fixarum.

Manifestius quod sequitur quod terra per sensum quantum ad spacium quod venit a centro terre ad orbem stellarum fixarum sit sicut punctum est quod magnitudines quantitatum stellarum et intervalla que inter eas existunt videntur in omnibus plagis celi [illegible] terre in eadem hora equales et similes, quemadmodum invenimus consideratores qui sunt in diversis climatibus non diversos, neque a quo diverterent instrumenta quorum umbras que fiunt in quibuslibet plagis terre et in centris orbium qui sunt ex armillis, stabunt centro terre in potentia apparet quod videntur et revolutio umbre et motus eius ad omnem partem similia rebus apparentibus absque diversitate ac si ipsa transiret super centrum terre. Manifestius autem indicium quod hoc sit sicut diximus est quod superficies que egrediuntur a visibus nostris, ubicumque nominantur orizontes, semper secant speram celi in duo media. Hoc autem impossibile esset si magnitudo terre sensibilis foret quantum ad celeste spacium, verumtamen superficies que transiret super quemlibet locum superficiei terre faceret partes que essent sub terra maiores eis que super ipsam sunt, esset sed non sic videtur.

Capitulum septimum de eo quod indicat quod terra motum localem non habeat

Quemadmodum in precedentibus ostendimus quod terra non egreditur a centro, ita declaratur non esse possibile ut terra ad aliquam semotarum plagarum moveatur, et quod omnino non moveatur a loco centri. Eadem namque accidentia contingerent que contingerent si non medius locus eius esset. Unde estimamus quod investigare eius motus qui est ad medium superfluum est et vanum, propter illud quod iam sit ostensum de hoc quod [illegible] terra sit in loco medio mundi, et quod gravia omnia undique ad ipsam finaliter tendunt. Facilius autem quod apparet [illegible] sermonem adinveniemus quod diximus, quod cum eo quod iam ostensum est de hoc quod terre figura sit sperica et locus eius medium totius est, quod declarato et motus corporum gravium proprius et per se motus sunt in omni hora et in omni loco ad rectos angulos super superficiem spere contingentem [illegible] cadentis. Manifestum est autem per hoc quod diximus quod tendentia ad terram motu suo pervenient ad centrum nisi esset quod terre superficies recipit ea et secat ante hoc, et cum linea recta que continuando perveniunt ad centrum sit orthogonalis existens super superficiem spere [illegible] contingentem lineam. Cum autem estimaverunt mirabile esse ut tam corpus terre super rem aliquam non sit situm et non fluat vel vagetur et inferius descendat propter suam gravitatem magnam, et illud erraverunt, eo quod posuerunt consideracionem propter quod eius accidit et non [illegible] comparatione totius. Et si concedunt quod magnitudo

alr cum linea recta que a loco gravitatis secant super superficiem [illegible] est orthogonalis super superficiem

[illegible] ut [illegible] motus corporum que sunt [illegible] motus [illegible]

terre cum comparatione ad magnitudinem totius corporis ipsam continentis et eius quantitas ad ipsum totum sicut punctum non affirmarent eorum [illegible] videtur cum hoc non est possibile ut illud quod est de vilitate parvitatis sui comparatione ad illud quod est de soliditate magnitudinis sit contentum donec in loco suo permaneat, propter hoc quod illud quod est de soliditate magnitudinis sustentat quod intus est eius et quod est de vilitate parvitatis undique et impellit equaliter et similiter. Mundus enim in se ipso neque superius habet neque inferius, quare nichil eorum que in ipso sunt dicitur esse super aliud neque sub ipso [illegible] quemadmodum [illegible] eorum que [illegible]. Tantum autem que in ipso sunt possibile est ut sit motus proprius quantitate eorum naturarum, videlicet levia et subtilia eorum sunt [illegible] que ascendunt et extenduntur ad superiora, [illegible] ad circumferentiam; et omnes que gravia sunt eorum motus et intentio ad superiora [illegible] tendit quod nominatur species descensus, et motus ad superius [illegible] et motus ad medium et centrum, et estimatur ut eas intus [illegible] gravium et motus [illegible] ad inferiora. Et cum pedibus nostris sub est quod nominatur inferius [illegible] terre. [illegible] motus [illegible] et [illegible] mota et stant fixa in medio [illegible] et [illegible] eas ad medium ab omnibus partibus equaliter et similiter. Unde sit ut [illegible] parve [illegible] terre, propter ipsius sit magnitudo quantitatis ex quantitate eius quod ad ipsam tendit, cum ipsa sit fixa recipiens totum quod ad eam cadit ex omnibus partibus. Et si sit terre et reliquorum corporum gravium que sunt [illegible] eius esset motus unus [illegible] terra propter superfluitatem sue molis et gravitatis vinceret omnia gravia que sunt [illegible] ipsam et inferius [illegible] et [illegible] animalia et reliqua gravium [illegible] in aere, et terra velociter omnino caderet et pertransiret celum. Solum tamen ymaginari hoc et eius simile est derisio et illusio ymaginatione. [illegible] vero homines cum estimant ab eis [illegible] respondere posse ad istas [illegible] sermone [illegible] et estimant quod si affirmaverint quod celum sit fixum et non motum et quod terra moveatur super axem unum ab oriente ad occidentem et revolvatur [illegible] die semel, aut quod celum et terra simul moveantur quantum moventur, illud tamen sit super axem unum tantum quemadmodum diximus, et [illegible] quantitate qua unum eorum consequitur alterum, non erit aliquis repellens eorum sermonem et [illegible] eorum testimonium. Ad hoc autem pervenerunt [illegible] propter illud quod in stellis apparet non est impossibile quamvis sit hoc sicut dixerunt secundum acceptionem absolutam. Propter hoc vero quod in nobis contingit et in aere apparet quod eorum sermo de stulticia maior quam esse potest. Et si nos concedimus eis quod est contra naturam, scilicet ut leve subtile [illegible] ad [illegible] moveatur aut moveatur motu non diverso a motu qui secundum naturam est ei contrarius, tunc manifestissime declaratur quod motus eorum que sunt in aere ut leve subtile velocior esset omnibus terrenis. Et si concedimus eis ut motus gravis [illegible] diversus [illegible] sit velox equalis, tunc iam est declaratum quod terra forsitan non possent et non esset [illegible] ad orientem moveri propter hoc quod affirmat quod motus terre velocior existit omnibus motibus que sunt super ipsam, propter ipsius [illegible] ad locum suum in [illegible]. Et si ita esset aer [illegible] moveri motu [illegible] motui terre neque videremus nubes [illegible] ad orientem neque aliquid neque aliquid eorum que in aere iaciuntur, propter quod terra precederet omnia et vinceret ea velocitate sui [illegible] ad orientem et estimaretur quod omnia que sunt [illegible] ipsam [illegible] ad partem occidentis. Si autem dixerunt aerem cum terra moveri motu [illegible] velocitate [illegible] tunc estimatio motus [illegible] motus [illegible] quod sit in eo a duobus motibus [illegible] non erit minor estimatione [illegible]. Et si dixerunt quod illa [illegible] fixa aeri [illegible] at si esset [illegible] cum eo moventur, tunc iam [illegible] ea ut videntur [illegible] neque [illegible] si sunt [illegible] fixa et non habeant alterationem neque in aere [illegible]

motorum neque moveantur localiter neque in eis motu neque in eis volatu neque in eis iactu et eis casu. Nos autem videmus manifeste quod nichil illorum est in eis, et velocitas neque tarditas propter motum terre. Hos vero modos oportet necessario accidere dimissionem declivalem et partibus eis que sunt quieti ex parte hoc. In eis autem que diximus sit ea et prima sufficientia est et nos declarabimus ea et confirmabimus per ea que hiis attestantur de hiis que videntur. Et demonstrabimus in sequentibus huius libri nostri per demonstrationes et exigentia eis cum ubi apparentibus. Capitulum

octavum quod primi motus qui sunt in celo sunt duo primi motus.


Post hec que diximus, oportet ut exponamus que antecessit sint etiam primi motus celi duo, quorum unus est qui movet totum semper ab oriente in occidente uno modo et revolutionibus equalis velocitatis super orbes equidistantes quos duo poli spere celestis revolvunt, qui totum secundum equalitatem revolvunt. Horum autem orbium maximus nominatur orbis equatoris diei propterea quod orbis orizontis maior ipsum secat semper in duo media super omni loco inter utrosque equidistans. Cum ergo sol super ipsum volvitur, equalis dies et nox secundum sensum ubique terrarum. Alter vero motus est qui movet orbem stellarum currentium contra motum primum, videlicet ab occidente in oriente super duos alios polos et non super polos eius. Nos autem non affirmabimus quod possumus nisi cum speculamur omnia que in celo sunt quaque die videmus cum sensibilitate. Omnia de oriri et mediare celum et occidere super loca in forma similia orbi equatoris diei et equidistanti et hec quidem est proprietas motus primi. Motus vero qui in celo existit quoniam propter hoc videmus in considerationibus succedentibus. Videmus enim stellas que sunt preter currentes manere secundum proprietatem locorum suarum et intervalla que sunt inter ea sunt fixa cum motu primo. Solem vero et lunam et stellas erraticas videmus hic cum motu primo motus diversos non equales et eos omnes ad orientem ad partes stellarum fixarum et spatia que sunt inter eas, quasi illud quod illas revolvit sit orbis unus. Quod si motus planetarum et solis et lune esset super equidistantes orbes orbi equatoris diei, sicut super duos polos motus primi esset, in affirmando motum unum ad totum movendum sufficientia. Nos enim visibiliter videmus ut eorum motus non accidit diversi nisi secundum estimationem et non ut habent motus diversos. Nos vero videmus eos cum motibus eorum ad orientem hic motus ad septentrionem et meridiem. Et videmus quantitatem intervallorum eorum que sunt in eis diversa, et sic estimamus quod illa eorum declinatio que est in eis propter sit propter res impellentes eos et necessario adea directos. Propter hanc ergo existimationem est diversa absque mensuratione. Secundum affirmationem vero nostram, quod hoc sit propter orbem declinem ab orbe equatoris diei in quo motus mensuratur est possibile ut videamus eos hic motus diversos in eis que sentimus. Ipsi tamen nisi sic non sunt diversi. Cum appareat sicut quod orbis hic declinis solus propterea secundum omnes currentibus est attributus. Et quod sol motu suo ad orientem secat et scribat. Et abinceps parte huius circuli et super ipsum est transitus lune et erraticarum et eorum transitus a parte meridie et a meridie ad partem septentrionis et videntur neque aliquis eorum quantitatem spatii ei attributi in duabus partibus abinceps parte orbis declinis parum eam pertransit. Hic autem orbis non videtur nisi magnus propterea hoc quod sol ipsum pertransibat ab orbe equatoris diei duobus spatiis equalibus ad partem et meridie. Motus ergo omnium stellarum currentium ad orientem sunt in orbe uno declinato quemadmodum diximus. Et necesse est ut affirmetur quod hic motus qui est super duos polos orbis declinis eorum motionis comprehendimus sit contrarius a motu primo et quod ipse est contra ipsum. Cum si ymaginati fuerimus orbes magnos descriptos super polos horum duorum orbium quorum

scripsimus, scilicet equatoris diei et orbis declinis tendentes in latitudine a meridie ad partem septentrionis, quos eius poli revolvunt ab oriente ad occidentem, et quos necessario oportet secare orbe equatoris diei et declinem ab eo in duo et duo media et orthogonaliter, reperiemus quattuor puncta super duo quorum alterum secat declinem et alterum super ea duo que secat orbem equatoris diei quorum quodque alteri opponitur, que vocantur puncta equatoris diei, quorum unum est super quod transit sol a meridie ad partem nominatum vernale. Et alterum super quod transit sol a septentrione in meridiem et vocatur autumpnale. Reliqua vero duo puncta sunt super que orbe declinem secat orbis magnus descriptus super polos duorum orbium quorum unumquodque alteri opponitur. Et unum eorum quod est ad id quod sequitur meridiem ab orbe equatoris diei nominatur tropicum hyemale. Et alterum quod est ad id quod sequitur septentrionem a meridie ab orbe equatoris diei nominatur tropicum estivale. Sciamus autem quod motum primum unum videlicet continentem omnes motus alios que est ille quem diximus comprehendit et determinat orbis magnus medius descriptus super polos duorum orbium motu suo et movet omnia que sunt eius ab oriente ad occidentem super duos polos orbis equatoris diei qui sunt quasi fixi in orbe meridiano, qui plures eum quod narrabo scilicet ab orbe quem diximus quem poli duorum orbium revolvunt, qui nullo ipsius duo poli orbis declinis in aliqua hora volvuntur. Et qui ipse orthogonaliter est super orizonta nominatur orbis meridiei. Cum secat unamquamque duarum medietatum spere celestis que est supra terram et que est subtus in duo media, et mediat tempora noctis et diei et secat locum eius semper. Motum vero secundum plurium quorumcumque continet motus primus, ipse continet orbes stellarum currentium qui movet eos motu primo quemadmodum diximus ab oriente in occidente et ipse movetur contra hoc super duos polos orbis declinis qui sunt fixi sicut duo etiam semper in orbe qui comprehendit motum primum et terminat ipsum descriptus super duos polos duorum orbium quod cum eo non movetur, sed manet fixus in motu secundo qui est contra primum, quorum loca sunt orbis magni ab eis revoluti declinis ab orbe equatoris diei declinatione que semper una existit.

Capitulum nonum de sciencia quantitatis partium circuli et cetera.

Summa vero principiorum que oportet nos incipere et premittere est secundum quod narravimus. Cum vero volumus incipere a demonstrationibus que sunt super particulariter quarum prima est demonstratio qua reperitur quantitas arcus qui est inter duos polos quos nominavimus circuli magni scripti super polos duorum orbium videmus quod necessario oportet nos prius loqui de sciencia quantitatis cordarum partium circuli proprie. Volumus declarare demonstrationem super hoc quod narravimus secundum plurimas et facere propter hoc ut levior sit inventio eius. Volumus scribere quantitatem per tabulas. Dividemus itaque circuli circumferentiam in 360 partes. Et ponemus super scriptum arcum in eis secundum augmentum medietatis partis et cordam ipsius quantitatis cordarum que eis subtenduntur. Et dividemus dyametrum circuli in 120 partes adhuc ut nobis declaretur eius levitas in numeris primis. Deinde quod hec diversibus eam potero ad precium eius quod volumus et velocioribus demonstrationibus. Quia per eam sciamus quantitates cordarum adhuc et non cum sit posita nobis in tabula et ymponemus quod est inventum mensurate et mediate. Et cum posite sint in tabula demonstrabimus statim quantitatem eorum ut facilius fiat quod est ex eis. Scilicet mediate et mensurate et assumemus numerum 60 in omnibus que operamur. Primum ex eis arismetice ut alleviemus operationem in fractionibus et cum sequitur in eis multiplicatione et divisione ad speciem eorum quantitatem constare volumus eius proprie. Erit ita ut quod ex eo de est quantitati sit sensibilis. Sit itaque primus semicirculus a b g existens super dyametrum a d g circumductus super centrum d. Pertransibit autem a d super lineam a g

Data circuli dyametro latus trigoni pentagoni exagoni tetragoni ac decagoni ab eodem circulo contentorum reperire



orthogonaliter linea d b, et dividatur d g in duo media super punctum e, et producatur linea b e. Et ponatur linea e z equalis e b, et protraham lineam b z. Dico ergo quod latus z d est latus decagoni et b z est latus pentagoni. Quod sic probatur: quia g d dividitur in duo media super e et adiungitur ei linea d z, ergo quadratum g z in z d cum quadrato e d equatur quadrato e z quod est equalis b e. Duo vero quadrata d b, e d sunt equalia quadrato e b. Quadratum ergo g z in z d cum quadrato d e equale est duobus quadratis d e, d b. Cum ergo minuerimus communiter quadratum d e, remanebit quadratum g z in z d equale quadrato d b, quod est equale g d. Et quia latus exagoni et latus decagoni quando sunt in circulo uno sunt linea una que dividitur secundum proportionem habentem medium et duo extrema, et g d quod est medietas dyametri est latus exagoni, erit d z latus decagoni. Et similiter quia latus pentagoni potest super latus exagoni et latus decagoni quod est in uno circulo, et angulus b d z est rectus, erit quadratum b z equale quadrato linee b d, que est latus exagoni, et quadrato d z, quod est latus decagoni. Sic ergo erit b z latus pentagoni. Et quia dyametrum circuli divisimus in 120 partes, ergo secundum hoc quod premisimus erit linea d e 30 partes, et erit quadratum eius 900. Et erit linea b d propterea quod est medietas dyametri 60 partes, et eius quadratum 3600. Et quadratum e b quod est quadratum e z quod fit congregato uno 4500. Secundum hoc ergo erit e z 67 partes et 4 minuta et 55 secunda vicinius. Et remanebit linea d z secundum illas partes 37 partes et 4 et 55 secunda, que vero est equalis lateri decagoni. Latus ergo decagoni quod subtenditur arcui 36 partium secundum quantitatem qua circulus est 360 partes erit 37 partes et 4 minuta et 55 secunda secundum quantitatem qua dyametros est 120 partium. Et quia linea d z est 37 partes et 4 minuta et 55 secunda, et eius quadratum est 1375 partes 4 minuta et 15 secunda, et quadratum d b est 3600, et cum hec duo iunguntur erit excessus quadratum b z quod est 4975 partes et 4 minuta et 15 secunda. Ergo secundum hoc erit longitudo linee b z secundum illam quantitatem 70 partes et 32 minuta et 3 secunda vicinius, que est equalis lateri pentagoni. Quapropter erit latus pentagoni quod est corda arcus partium 72 secundum quantitatem qua circulus est 360 partes, 70 partes et 32 minuta et 3 secunda secundum quantitatem qua dyametros est 120. Iam ergo manifestum est quod latus exagoni quod subtenditur arcui 60 partium et est medietas dyametri est 60 partes. Et similiter quia latus quadrati quod subtenditur 90 partibus est in potentia duplum medietatis dyametri, et latus trianguli quod subtenditur 120 est in potentia triplum medietatis dyametri, quod est 3600, ergo fit quadratum lateris quadrati 7200 et quadratum lateris trianguli 10800. Quapropter erit longitudo corde arcus 90 partium 84 partes et 51 minuta et 10 secunda vicinius secundum quantitatem qua dyameter est 120. Et erit longitudo corde arcus 120 secundum eandem mensuram 103 partes et 55 minuta et 23 secunda. Iam ergo facile novimus has cordas quantitate in principio et declaravimus nobis quod cum hee corde fuerint note, facile erit per eas operari cordas que subtenduntur arcubus residui semicirculi eo quod duo quadrata duarum cordarum sunt equalia quadrato dyametri circuli. Verbi gratia: Iam ostensum est quod corda arcus 36 partium est 37 partes 4 minuta et 55 secunda. Et quadratum eius est 1375 partes et 4 minuta et 15 secunda. Et quadratum dyametri 14400. Et quadratum corde residui semicirculi, id est quod est residuum quadrati dyametri, est 13024 partes et 55 minuta et 45 secunda. Longitudo ergo corde residui semicirculi est 114 partes 7 minuta et 37 secunda vicinius secundum illam quantitatem. Et similiter scimus per cordas reliquas notas cordas arcuum reliqui semicirculi. Et declarabo in sequentibus qualiter perficiantur corde speciales in relato cordis arcuum divisis

reliquas propterea quod premisimus narrationem earum valde pertinet. Hec est figura. ¶ Sit itaque circulus a b g d in quo describam quadrilaterum cuius latera super que sunt a b g d. Et protraham duas lineas a g, b d. Et ostendam quod quadrangulum a g in b d equatur duobus quadrangulis a b in d g et a d in b g. Cuius demonstratio: Ponam enim angulum a b e equalem angulo d b g, et quia angulus d b g equatur angulo a b e, erit, si communem fecerimus angulum e b d et addiderimus ipsum utrique ipsorum, erit angulus a b d equalis angulo e b g. Angulus autem b d a est equalis angulo b g e quia una corda est arcus unius. Triangulus ergo a b d est equiangulus triangulo b g e. Quapropter proportio b g ad g e est sicut proportio b d ad d a. Ergo quadrangulum b g in a d equatur quadrangulo b d in g e. Et quia angulus a b e est equalis angulo d b g, et angulus b a e equalis angulo b d g, erit triangulus a b e equiangulus triangulo b g d. Ergo proportio b a ad a e est sicut proportio b d ad d g. Quadrangulum itaque b a in g d equatur quadrangulo b d in e a. Iam vero declaratum fuit quod quadrangulum b g in a d est equale quadrato b d in g e. Ergo totum quadratum a g in b d est equale quadrato a b in g d et a d in b g simul, et illud est quod demonstrare voluimus. ¶ Et propter hoc premisimus eam. Describam semicirculum super quem sunt a b g d super dyametrum a d et protraham ab a duas cordas a b, a g. Sit itaque utriusque earum quantitas nota. Et producam cordam b g. Dico ergo quod etiam corda b g est nota. Cuius sic probatur: protraham enim duas cordas b d, g d. Manifestum est ergo quod ipse note sunt, quoniam quelibet earum est corda residui semicirculi, et quod in circulo est quadrilaterum super quod sunt a b g d. Ergo quadratum b a in g d cum quadrato a d in b g sit equale quadrato a g in b d. Et quia quadratum a g in b d est scitum, et quadratum a b in g d est scitum, et dyameter a d est nota, erit corda b g nota. Iam ergo ostensum est quod cum fuerint duo arcus noti notas cordas, corda superflui quod est inter eos erit nota. Declarabo etiam quod possibile est ut perficiamus corde plures superflui arcuum cordas secundum separationes notas producta (?). Et similiter reperiemus cordam arcus 12 partium secundum hoc quod scimus cordam arcus 60 partium et 36 partium. ¶ Cum si etiam arcus fuerit notus et corda eius nota, et voluerimus invenire cordam medietatis eius, tunc describemus semicirculum super quem sunt a b g. Et sit eius dyameter a g. Et sit arcus b g cordam habens notam, quem in duo media super d secabo, et protraham cordas a b, a d, b d, d g. Et producam perpendicularem z d super dyametrum a g erectam. Dico ergo quod z g est medietas superflui a g super a b. Cuius probatio: Ponam enim lineam a e equalem a b, et producam lineam d e. Et quia a b equalis est a e, ad communem erunt due linee a b, a d equales duabus lineis a e, a d, quarum utraque fuerit relative equalis, et angulus b a d equalis angulo e a d. Ergo basis b d equalis basi d e. Et quia b d equalis d g, erit d g equalis d e. Quia ergo triangulus d e g duo equalia existit latera, erit perpendicularis d z dividens basim in duo media. Ergo e z equalis z g. At tota e g est superfluum a g super a b. Ergo z g est medietas superflui a g super a b. Et quia corda arcus b g est nota, erit corda residui semicirculi quod est a b nota, quod est equalis a e. Et quia dyameter a g est nota, erit e g quod est residuum dyametri nota, et eius medietas quod est z g nota, quod est medietas superflui a g super a b. Cum ergo in triangulo a d g orthogonio protracta ab eo perpendicularis d z, erit triangulus a d g orthogonius equiangulus angulo d g z. Et erit proportio a g ad g d sicut proportio g d ad g z. Quadratum ergo a g in g z equatur quadrato g d. Quapropter longitudo corde g d est nota que subtenditur medietati arcus b g.

Sequitur de scientia quantitatis cordarum medietatum arcuum priorum

Dicit: Et hoc capitulum scientie corde plurium si mediamus ea quas possit scire quia cum scitur corda arcus super primum et corda arcus sub pariter et corda arcus sui paritur corda arcus partis et semis et arcus corda arcus medietatis et quarte, et hoc est illud quod reperimus quod corda arcus partis et semis est prope 34 minuta et 17 secunda, verumtamen secundum quantitatem qua dyameter est 120 partes. Corda arcus medietatis et quarte partis secundum illam quantitatem est esse 47 minuta et 8 secunda. Construam circulum a b g d super dyametrum a d et sit centrum circuli z et accipiam a b b g et copulabo unam cordam eas alteri. Dico ergo quod si protraxerimus cordam a g erit nota quod [illegible] cum a b dyameter circuli [illegible] b z e. Et protraham lineas b d d e g e. Manifestum est ergo quod corda b g est sicut g e et quod corda a b sicut b d. Et b d d e. Et propter hoc quod in [illegible] quod triangulo est [illegible] super quod sunt b g d e et cuius due dyametri sunt b d g e erit quadratum unius dyametri cum in alteram equale omnibus duobus [illegible] lateribus oppositis cuiusque in alterum. Cum ergo quadratum b d in g e notum erit quod duo b g in d e et g d in b e sunt nota dyameter vero b e est nota, ergo linea g d reliqua est nota. Cumque corda arcus residui semicirculi quod est a g est nota iam ergo novimus quod cum duo arcus quanti fuerint noti cordas habentes notas erit eorum corda [illegible] nota.

Sequitur quod corde a ad cordam b minor proportio est quam arcus ad arcum

Dicit: Et hoc autem capitulum declarabit nobis quod quotiens proposuerimus cordam arcus partis et semis cum quibus cordas notas et noverimus eam quod erit ex eas propositione [illegible] in tabula libri nostri corda coniungit et cum arcus illas cordas duplabimus habebunt arcus cuiusque illas cordas [illegible] et cum corde eas omnes variant note. Et remanebunt inter omnes duas cordas eas duo loca quas cordas cum quarum presentabitur scientia eo quod posuimus arcus in tabula libri nostri secundum supplementum medietatis partis. Cum si nos reperimus cordam arcus medietatis reperimus cum ea per eam propositionem et cum supplementum augmentatis quantitatis cordas reliquas arcuum que sunt inter cordas notas quas noviemus secundum veritatem [illegible] lineam almusahar [illegible]. Et propter hoc complevimus omnes cordas circuli secundum supplementum medietatis partis. Hoc autem non secundum veritatem [illegible] quia si corda arcus partis et semis sit nota cum eas tria non est [illegible] secundum veritatem [illegible] almusahar [illegible] presentabor ergo inventionem corde arcus unius partis per cordam arcus partis et semis et per cordam arcus medietatis et quarte. Et ponam eam dicens hoc quod cum non contineat [illegible] quantitatem omnium cordarum [illegible] quantitates cordas [illegible] arcuum ita ut inter veritatem eius cum sententie quantitas desinat. Et ad hoc premitto hoc capitulum. Si constructe fuerint in circulo due linee diverse erit proportio corde longioris ad cordam breviorem minor proportione arcus longioris ad arcum breviorem. Et construam itaque circulum super quem sunt a b g d in quo sunt due corde diverse quarum brevior sit a b et eas longior sit b g. Dico ergo quod proportio corde b g ad cordam b a est minor proportione arcus b g ad arcum b a. Ergo dividam cum angulum a b g in duo media linea b d et protraham lineas a e g et a d et g d. Et quia angulus a b g divisus est in duo media linea b e d erit linea g d equalis linee a d. Linea autem g e est longior linea a e. Producam autem a d ad lineam a e g perpendicularem d z. Et quia linea a d est longior linea e d et linea e d est longior d z erit circulus descriptus super centrum d cum longitudine

d e secans a d et protrahes d z, ergo secabo circulum super quem sunt h e t et punctum d z ad t et quia sector d e t est maior triangulo d e z et triangulus d e a est maior sectore d e h erit proportio trianguli d e z ad triangulum d e a minor proportione sectoris d e t ad sectorem d e h. Sed proportio [illegible] ergo proportio z e ad lineam a e est minor proportione anguli z d e ad angulum e d a. Cum ergo composuerimus erit proportio linee z a ad lineam e a minor proportione anguli z d a ad angulum a d e. Et erit proportio dupli a z quod est g a ad a e minor proportione anguli g d a qui est duplus anguli a d z ad angulum e d a. Et cum diviserimus erit proportio linee g e ad a e minor proportione anguli g d e ad angulum e d a. Sed proportio linee g e ad e a est sicut proportio corde g b ad cordam b a. Et proportio anguli g d b ad angulum b d a est sicut proportio arcus g b ad arcum b a. Proportio ergo corde g b ad cordam b a est minor proportione arcus g b ad arcum b a et hoc est quod voluimus demonstrare. Sequitur demonstratio quantitatis corde partis unius

Dicit: Post affirmationem huius precedentis formae construam circulum a b g, et in eo duas cordas a b, a g, et ponam primum ut a b subtendat arcum medietatis et quarte partis unius et a g subtendat arcum partis unius. Et quia proportio corde a g ad a b est minor proportione arcus a g ad arcum a b et arcus a g est quantum a b et eius tertia. Ergo quia iam ostensum est quod corda a b est esse 47 minuta 8 secunda secundum quantitatem qua dyameter est 120, erit corda g a minus parte et duobus minutis et 50 secundis secundum quantitatem illam. Hoc namque numerus existit tantum et tertia tanti quantum fuit 47 minuta 8 secunda. In hoc ergo circulo ponam ut corda a b subtendat arcum partis unius et corda a g subtendat arcum partis et semis. Secundum ergo quod narravimus quoniam arcus a g est quantum et semis arcus a b erit corda g a minus quam quantum et semis corde a b. Iam autem ostensum fuit quod corda a g est prope 1 34 minuta 15 secunda. Corda ergo a b est plus parte et duobus minutis et 50 secundis. Pars namque et 34 minuta et 15 secunda sunt quantum et semis est prope et medietas partis et duo minuta et 50 secunda. Proprie ergo corda unius partis circuli quoque est minus parte et 2 minutis et 50 secundis. Et quoque maius parte et 2 minutis et 50 secundis. Erit manifestum quod [illegible] nobis ut accipiamus cordam unius partis circuli prope unam cordam et 2 minuta et 50 secunda secundum quantitatem qua dyameter est 120. Et propter hoc quod iam ostensum est prius quod diximus erit corda arcus medietatis partis fere esse 31 minuta 25 secunda. Et propter hoc complebitur inventio reliquarum cordarum quas diximus que sunt inter cordas notas. Corda vero arcus duarum partium sciemus per propositionem arcus partis et semis cum arcu medietatis partis. Et corda duarum partium arcus et semis sciemus supplementum arcus eius per [illegible] arcum medietatis partis et sic sciemus quantitatem reliquarum cordarum. Et illud est quod demonstrare voluimus. Capitulum decimum quo fiant tabule arcuum et cordarum

Vult autem scientia quantitatis cordarum arcuum circuli [illegible] declaravimus est quod fit et brevius quam [illegible] nobis scire numeros cordas partium et quantitates, et ut sint propria facta tabulas et [illegible] tabula 44 lineas, eo quod hoc metiatur bonitas consistit. Et construam in prima tabula numeros partium arcuum supplementum medietatis partis et medietate partis. Et in tabula secunda numeros partium cordarum et minutas partium et secundas earum que subtendunt arcubus comparatis exemplate, ita quod cuiusque corda sint comparate arcu secundum dispositionem dyametri per 120. In tabula vero tertia partes trigesimas supplementi quod est inter omnes cordas duas que subtendunt arcubus supplementibus medietatem et medietatem partis. Ideo ut cum sciemus numeros minutas portionis medietatis [illegible] non diversa a veritate secundum sensum possimus scire [illegible] portionum minutas que sunt ab uno usque ad 30 minuta et excedis quod sunt inter omnes duas cordas. Cum bene quod declarabitur nobis cum dubitaverimus de errore [illegible] in aliquo numero cordarum constitutas in tabula [illegible] et verificatio illius erroris quod potuimus per tabulam verificationem illud et scire eius veritatem. Aut per causam corde que subtenditur secundo arcui [illegible] supplementi quod est inter duos arcus notos duas notas quantitates cordas, aut per [illegible] arcus [illegible] que est adequans semicirculo cum arcu noto corda quantitatis nota. Et hoc est tabulas dispositio

Capitulum undecimum in tabulis factis arcuum et cordarum

Arcus sectionis medietatis et medietatis partis		Corde			Pars 30ma sexagesima que est inter duas cordas et de parte arcus unius medietatis				Arcus sectionis medietatis et medietatis partis		Corde			Pars sexagesima sexagesime que est inter duas cordas et de parte arcus unius medietatis			
p	m	p	m	2	p	m	2	3	p	m	p	m	2	p	m	2	3
0	30	0	31	24	0	1	2	50	23	0	23	55	27	0	1	1	32
1	0	1	2	50	0	1	2	50	23	30	24	26	13	0	1	1	30
1	30	1	34	14	0	1	2	50	24	0	24	56	58	0	1	1	26
2	0	2	5	40	0	1	2	48	24	30	25	27	41			1	22
2	30	2	37	4	0	1	2	48	25	0	25	58	22			1	18
3	0	3	8	28	0	1	2	48	25	30	26	29	1			1	14
3	30	3	39	52	0	1	2	48	26	0	26	59	38			1	12
4	0	4	11	16	0	1	2	48	26	30	27	30	14			1	8
4	30	4	42	40	0	1	2	48	27	0	28	0	48			1	4
5	0	5	14	4	0	1	2	46	27	30	28	31	20			1	0
5	30	5	45	27	0	1	2	44	28	0	29	1	50			0	56
6	0	6	16	48	0	1	2	44	28	30	29	32	18			0	52
6	30	6	48	11	0	1	2	43	29	0	30	2	44			0	48
7	0	7	19	33	0	1	2	42	29	30	30	33	8			0	44
7	30	7	50	54	0	1	2	42	30	0	31	3	30			0	40
8	0	8	22	15	0	1	2	40	30	30	31	33	50			0	36
8	30	8	53	34	0	1	2	38	31	0	32	4	8			0	28
9	0	9	24	54	0	1	2	38	31	30	32	34	22			0	26
9	30	9	56	13	0	1	2	38	32	0	33	4	35			0	22
10	0	10	27	32	0	1	2	34	32	30	33	34	46			0	18
10	30	10	58	48	0	1	2	32	33	0	34	4	55			0	12
11	0	11	30	5	0	1	2	32	33	30	34	35	1	0	1	0	8
11	30	12	1	21	0	1	2	30	34	0	35	5	5	0	1	0	2
12	0	12	32	36	0	1	2	28	34	30	35	35	6	0	0	59	58
12	30	13	3	50	0	1	2	28	35	0	36	5	5	0	0	59	52
13	0	13	35	4	0	1	2	24	35	30	36	35	1			59	48
13	30	14	6	16	0	1	2	22	36	0	37	4	55			59	44
14	0	14	37	27	0	1	2	22	36	30	37	34	47			59	38
14	30	15	8	38	0	1	2	18	37	0	38	4	36			59	32
15	0	15	39	47	0	1	2	18	37	30	38	34	22			59	26
15	30	16	10	56	0	1	2	14	38	0	39	4	5			59	22
16	0	16	42	3	0	1	2	12	38	30	39	33	46			59	16
16	30	17	13	9	0	1	2	10	39	0	40	3	24			59	12
17	0	17	44	14	0	1	2	6	39	30	40	33	0			59	6
17	30	18	15	17	0	1	2	4	40	0	41	2	33			59	0
18	0	18	46	19	0	1	2	4	40	30	41	32	3			58	54
18	30	19	17	21	0	1	2	0	41	0	42	1	30			58	50
19	0	19	48	21	0	1	1	56	41	30	42	30	54			58	42
19	30	20	19	19	0	1	1	54	42	0	43	0	15			58	36
20	0	20	50	16	0	1	1	52	42	30	43	29	33			58	32
20	30	21	21	12	0	1	1	48	43	0	43	58	49			58	24
21	0	21	52	6	0	1	1	44	43	30	44	28	1			58	18
21	30	22	22	58	0	1	1	42	44	0	44	57	10	0	0	58	12
22	0	22	53	49	0	1	1	40	44	30	45	26	15	0	0	58	6
22	30	23	24	39	0	1	1	36	45	0	45	55	19	0	0	58	0

Arcus sectionis medietatis et medietatis partis		Corde			Pars 30ma sexagesima que est inter duas cordas et de parte arcus unius medietatis				Arcus sectionis medietatis et medietatis partis		Corde			Pars 30ma sexagesima que est inter duas cordas et de parte arcus unius medietatis			
p	m	p	m	2	p	m	2	3	p	m	p	m	2	p	m	2	3
45	30	46	24	19	0	0	57	54	68	0	67	6	12	0	0	52	0
46	0	46	53	16	0	0	57	46	68	30	67	32	12	0	0	51	52
46	30	47	22	9	0	0	57	42	69	0	67	58	8	0	0	51	42
47	0	47	51	0	0	0	57	34	69	30	68	23	59			51	32
47	30	48	19	48			57	24	70	0	68	49	45			51	24
48	0	48	48	30			57	22	70	30	69	15	27			51	14
48	30	49	17	11			57	14	71	0	69	41	4			51	4
49	0	49	45	48			57	6	71	30	70	6	36			50	54
49	30	50	14	21			57	0	72	0	70	32	3			50	46
50	0	50	42	51			56	54	72	30	70	57	26			50	36
50	30	51	11	18			56	48	73	0	71	22	44			50	24
51	0	51	39	42			56	36	73	30	71	47	56			50	16
51	30	52	8	0			56	32	74	0	72	13	4			50	6
52	0	52	36	16			56	26	74	30	72	38	7			49	56
52	30	53	4	29			56	18	75	0	73	3	5			49	46
53	0	53	32	38			56	10	75	30	73	27	58			49	36
53	30	54	0	43			56	2	76	0	73	52	46			49	26
54	0	54	28	44			55	56	76	30	74	17	29			49	16
54	30	54	56	42	0	0	55	48	77	0	74	42	7	0	0	49	4
55	0	55	24	36	0	0	55	40	77	30	75	6	39	0	0	48	56
55	30	55	52	26	0	0	55	32	78	0	75	31	7	0	0	48	44
56	0	56	20	12			55	24	78	30	75	55	29			48	34
56	30	56	47	54			55	18	79	0	76	19	46			48	24
57	0	57	15	33			55	8	79	30	76	43	58			48	14
57	30	57	43	7			55	2	80	0	77	8	5			48	2
58	0	58	10	38			54	54	80	30	77	32	6			47	52
58	30	58	38	5			54	44	81	0	77	56	2			47	40
59	0	59	5	27			54	36	81	30	78	19	52			47	32
59	30	59	32	45			54	30	82	0	78	43	38			47	20
60	0	60	0	0			54	22	82	30	79	7	18			47	8
60	30	60	27	11			54	12	83	0	79	30	52			46	58
61	0	60	54	17			54	4	83	30	79	54	21			46	48
61	30	61	21	19			53	56	84	0	80	17	45			46	36
62	0	61	48	17			53	46	84	30	80	41	3			46	24
62	30	62	15	10			53	40	85	0	81	4	15			46	14
63	0	62	42	0			53	30	85	30	81	27	22			46	4
63	30	63	8	45			53	22	86	0	81	50	24			45	50
64	0	63	35	26			53	12	86	30	82	13	19			45	40
64	30	64	2	2			53	4	87	0	82	36	9			45	30
65	0	64	28	34			52	54	87	30	82	58	54			45	18
65	30	64	55	1			52	46	88	0	83	21	33			45	6
66	0	65	21	24			52	38	88	30	83	44	6			44	56
66	30	65	47	43	0	0	52	28	89	0	84	6	34	0	0	44	42
67	0	66	13	57	0	0	52	20	89	30	84	28	55	0	0	44	30
67	30	66	40	7	0	0	52	10	90	0	84	51	10	0	0	44	20

Arcus ſecundum medietatem et medietatis partis		Corde			Pars 30a ſexagesimarum quod est inter duas cordas et que provenit arcui unius minuti				Arcus ſecundum medietatem et medietatis partis		Corde			Pars 30a ſexagesimarum quod est inter duas cordas et que provenit arcui unius minuti			
Par	M	Par	M	S	P	M	2	3	P	M	P	M	2	P	M	2	3
90	30	85	13	20	0	0	44	8	113	0	100	3	59	0	0	34	34
91	0	85	34	24	0	0	43	58	113	30	100	21	16	0	0	34	20
91	30	85	57	23	0	0	43	44	114	0	100	38	26	0	0	34	4
92	0	86	19	14	0	0	43	34	114	30	100	55	28			33	54
92	30	86	41	2	0	0	43	20	115	0	101	12	24			33	40
93	0	87	2	42	0	0	43	10	115	30	101	29	14			33	24
93	30	87	24	17			42	56	116	0	101	45	47			33	12
94	0	87	45	41			42	44	116	30	102	2	33			32	56
94	30	88	7	7			42	34	117	0	102	19	1			32	42
95	0	88	28	24			42	20	117	30	102	35	22			32	30
95	30	88	49	34			42	10	118	0	102	51	37			32	14
96	0	89	10	39			41	56	118	30	103	7	44			32	0
96	30	89	31	37			41	44	119	0	103	23	44			31	46
97	0	89	52	29			41	32	119	30	103	39	37			31	32
97	30	90	13	14			41	20	120	0	103	55	23			31	18
98	0	90	33	44			41	8	120	30	104	11	2			31	4
98	30	90	54	29			40	54	121	0	104	26	34			30	50
99	0	91	14	56			40	42	121	30	104	41	59			30	34
99	30	91	35	17			40	30	122	0	104	57	16			30	20
100	0	91	55	32			40	16	122	30	105	12	26			30	8
100	30	92	15	40			40	[illegible]	123	0	105	27	30			29	52
101	0	92	35	42	0	0	39	52	123	30	105	42	26	0	0	29	36
101	30	92	55	38	0	0	39	38	124	0	105	57	14	0	0	29	22
102	0	93	15	27	0	0	39	28	124	30	106	11	55	0	0	29	8
102	30	93	35	11			39	12	125	0	106	26	29			28	54
103	0	93	54	47			39	0	125	30	106	40	56			28	38
103	30	94	14	17			38	48	126	0	106	55	14			28	24
104	0	94	33	41			38	34	126	30	107	9	27			28	10
104	30	94	52	58			38	22	127	0	107	23	32			27	56
105	0	95	12	9			38	8	127	30	107	37	30			27	40
105	30	95	31	13			37	56	128	0	107	51	20			27	24
106	0	95	50	11			37	42	128	30	108	5	2			27	10
106	30	96	9	2			37	28	129	0	108	18	37			26	56
107	0	96	27	46			37	16	129	30	108	32	5			26	40
107	30	96	46	24			37	2	130	0	108	45	24			26	26
108	0	97	4	54			36	50	130	30	108	58	38			26	12
108	30	97	23	20			36	36	131	0	109	11	44			25	56
109	0	97	41	38			36	22	131	30	109	24	42			25	40
109	30	97	59	49			36	10	132	0	109	37	32			25	26
110	0	98	17	54			35	56	132	30	109	50	14			25	10
110	30	98	35	52			35	42	133	0	110	2	40			24	56
111	0	98	53	43			35	28	133	30	110	15	18			24	42
111	30	99	11	27	0	0	35	16	134	0	110	27	39	0	0	24	26
112	0	99	29	5	0	0	35	0	134	30	110	39	42	0	0	24	10
112	30	99	46	34	0	0	34	48	135	0	110	51	47	0	0	23	54

Arcus ſecundum medietatem et medietatis partis		Corde			Pars 30a ſexagesimarum quod est inter duas cordas et que provenit arcui unius minuti				Arcus ſecundum medietatem et medietatis partis		Corde			Pars 30ma ſexagesimarum quod est inter duas cordas et que provenit arcui unius minuti			
P	M	P	M	2	P	M	2	3	P	M	P	M	2	P	M	2	3
135	30	111	3	54	0	0	23	40	158		117	47	43	0	0	11	52
136	0	111	15	44	0	0	23	24	158		117	53	39	0	0	11	34
136	30	111	27	26	0	0	23	10	159		117	59	26	0	0	11	20
137	0	111	39	1			22	54	159		118	5	6			11	2
137	30	111	50	28			22	38	160		118	10	37			10	48
138	0	112	1	47			22	24	160		118	16	1			10	30
138	30	112	12	59			22	8	161		118	21	16			10	14
139	0	112	24	3			21	54	161		118	26	23			9	58
139	30	112	35	0			21	36	162		118	31	22			9	42
140	0	112	45	48			21	22	162		118	36	13			9	24
140	30	112	56	29			21	6	163		118	40	57			9	10
141	0	113	7	2			20	50	163		118	45	30			8	52
141	30	113	17	27			20	34	164		118	49	56			8	36
142	0	113	27	44			20	20	164		118	54	14			8	20
142	30	113	37	54			20	4	165		118	58	24			8	4
143	0	113	47	56			19	48	165		119	2	26			7	48
143	30	113	57	50			19	34	166		119	6	20			7	32
144	0	114	7	37			19	16	166		119	10	6			7	16
144	30	114	17	14			19	2	167		119	13	44	0	0	6	58
145	0	114	26	46			18	46	167		119	17	13	0	0	6	42
145	30	114	36	9			18	30	168		119	20	34	0	0	6	26
146	0	114	45	24	0	0	18	14	168		119	23	47			6	10
146	30	114	54	31	0	0	17	58	169		119	26	52			5	54
147	0	115	3	30	0	0	17	44	169		119	29	49			5	36
147	30	115	12	22			17	28	170		119	32	37			5	20
148	0	115	21	6			17	10	170		119	35	17			5	4
148	30	115	29	41			16	56	171		119	37	49			4	48
149	0	115	38	9			16	40	171		119	40	13			4	32
149	30	115	46	29			16	22	172		119	42	29			4	14
150	0	115	54	40			16	8	172		119	44	36			3	58
150	30	116	2	44			15	52	173		119	46	35			3	42
151	0	116	10	40			15	36	173		119	48	26			3	24
151	30	116	18	28			15	20	174		119	50	8			3	10
152	0	116	26	8			15	4	174		119	51	43			2	54
152	30	116	33	40			14	48	175		119	53	10			2	36
153	0	116	41	4			14	32	175		119	54	28			2	20
153	30	116	48	20			14	16	176		119	55	38			2	2
154	0	116	55	28			14	0	176		119	56	39			1	46
154	30	117	2	28			13	44	177		119	57	32			1	32
155	0	117	9	20			13	28	177		119	58	18			1	14
155	30	117	16	4			13	12	178		119	58	54			0	56
156	0	117	22	40			12	56	178		119	59	23			0	42
156	30	117	29	8	0	0	12	40	179		119	59	44	0	0	0	24
157	0	117	35	28	0	0	12	24	179		119	59	56	0	0	0	8
157	30	117	41	40	0	0	12	6	180		120	0	0	0	0	0	0

Capitulum 12m de arte instrumenti quo scitur quantitas arcus inter [duos tropicos]

Postquam assignavimus quantitatem corde celi et [inter duos tropicos]
primum patent eas geometrie ut declaremus prius quemadmodum prefixi
quanta sit declinatio orbis signorum declivis ab orbe equatoris diei
et que sit portio orbis magni qui per duos polos revolvitur ad arcum
qui est eius portio existens inter duos polos et prius eius quantitatis existentis
longitudinis linee equatoris diei ab utroque duorum tropicorum. Hec autem declarabis
nobis per artificium instrumenti continentis hanc quantitatem. Fac ergo armillam ex
ere mensurate quantitatis bene planam et limatam cuius superficies sint quadrate et assigna
eam lineam meridiei et divide eam per 360 sectiones primas sectionis circuli maioris et divide
unamquamque partem eius in quot partes possibile fuerit. Deinde alia armilla in interioribus huius
armille contenta ordine statuatur et pone eas latera in superficie una fixa minor
que armilla moveatur in interioribus maioris ita bene ut ne eius motus in illius superficie
impediatur ad septentrionem et meridiem. Et pone in duobus locis oppositis unius lateris minoris
duas tabulas parvas equales facie ad faciem et faciebus centro armillarum oppositis. Et pone
ubi est medium earum duarum regularum duas lingulas extremitatis valde tenues super
superficie armille maioris in qua partium existit divisio. Et pone has duas ar-
millas quando nobis necesse fuerit per eas considerare super perpendiculare mensuratam et
figa basim perpendiculi sub celo in loco non moto a superficie orizontis ita ut sit superficies
duarum armillarum erecta super superficiem orizontis orthogonaliter et sit equidistans superficiei orbis meridiei.
Positio vero primi harum duarum modorum fit cum perpendiculum cum ipsum ex perpendiculo
suspenderit in puncto quod est in armilla super summitate capitis et descendit ita ut cadat
super punctum quod ei opponitur nobis rectificantibus duas armillas per ea que eas firmet
et coniunctis dextra(?) filo perpendiculi fit super punctum quod opponitur puncto summitatis capitis a quo eius
incipit descensio. Positio vero modi secundi fit per lineam rectam quam constituemus in superficie
super quam perpendiculum est erecta et sit linea equidistans linee orbis meridiei. Et move-
bimus duas armillas et inclinabimus eas ad partes donec fiat superficies duarum
armillarum equidistans linee meridiei, quam sub perpendiculo conspeximus. Cum ergo duas ar-
millas adhuc modo preparamus conspicimus in medio diei longitudinem solis in partibus
meridiei et septentrionis nobis moventibus armillam interiorem ad partem meridiei et septentrionis
donec obumbretur tota inferior umbra superioris. Cum enim hoc fecerimus indi-
cabunt nobis extremitates duarum lingularum numerum partium quibus sit longitudo solis a summitate
capitis nostri in meridiei linea. Deinde est quo voluimus. Accipe autem loco
duarum armillarum ad considerandi instrumentum quod velocius fiat et levius et vocamus
assimulans(?) Facias eam laterem lapideum aut ligneum quadratum mensurate latitudinis et
altitudinis ut super superficiem sue basis absque tortuositate erigatur et declinatione sit
quod una superficierum eius vehementer plana et levis et equalis. Pone autem super unum
angulum huius superficiei punctum quod constituatur centrum et describe super ipsum quartam circuli.
Et protrahe ab ipso duas lineas rectas ad duas extremitates quarte donec contineant
angulum rectum sub quarta et divide arcum quarte in 90 partes et divide partes in
partes suas. Deinde fac duos paxillos parvos rotundos pyramidales cum torno
equales in quantitate et grossitie et figa eos in duabus extremitatibus unius duarum
linearum recte erecte super superficiem orizontis et sit eius locus a latere centri meridiei

Et pone locum medium unius paxillorum duorum super medium puncti quod est in medio quarte et pone medium
extremitatis paxilli alterius super medium puncti quod est in extremitate alterius inferioris linee. Deinde eriga-
tur superficies lateris in qua est hec linea super lineam descriptam in terra equidistante linee
meridiei ut sit superficies equidistans linee meridiei. Et pone lineam que est inter duos pax-
illos libratam cum perpendiculo erecto super superficiem orizontis orthogonaliter nobis eam rectificantibus
per ea que eam firmet, donec super ipsum cadat filum quod descendit cum perpendiculo
a paxillo superiori ad paxillum inferiorem. Postea considerabimus in medio diei
umbram paxilli superioris qui est in centro et ponemus sub quarta descripta aliquid
ut sit locus umbre vehementer manifestus et considerabimus medium umbre super
quam partem cadat et pro ea indicabitur longitudo solis in linea orbis meridiei. In
hac ergo consideratione scimus quod considerauimus circa duos tropicos in pluribus revolu-
tionibus in tropicis estivalibus et hyemalibus. Invenimus illas longitudines et illas partes
que ad septentrionem sunt longiores et que ad meridiem sunt longiores non multum. Et plurimum
quod consideravimus a puncto summitatis capitis invenimus quod longitudo longitudinis omnis alterius lon-
gitudinis meridiei que est arcus qui est inter duos tropicos est semper 47 partes et plus duabus tertiis
partis et minus quarta. Et hec quidem consideratio convenit considerationi quam consideravit Archimedes
et plures qua abstractus inventus est illud arcum quod est inter duos tropicos est fere
11 partium quantitatis qua linea orbis meridiei est 83. Hijs autem considerationibus invenimus
similiter declaratio locorum in quibus consideravimus. Et hoc cum assignavimus arcum qui est inter
punctum quod est inter hos duos spacia que est in linea orbis equatoris diei et inter punctum
quod est super summitate capitis qui demonstrat esse equalem longitudinem unius duorum polorum
ab orizonte. [Sequitur de kattha communita]

Et quia sequitur ut demonstremus per hoc primum quantitatem arcuum qui
sunt orbium maiorum descriptorum super duos polos equatoris diei et arcuum
qui sunt inter lineam equatoris diei et lineam medii orbis signorum
oportet ut premittamus capitula pauca utilitatis affinia quibus possimus demonstrare plu-
rima sine demonstrationibus figurarum que levius possibile est et subtilius capietur. Describam ergo
duas lineas ab, ag et protraham in eo quod inter illas duas lineas est be, gd
se secantes super z. Dico ergo quod proportio ga ad ea aggregatur ex duabus proportionibus
gd ad dz et proportionis zb ad be. Quod sic probatur: protraham ab e lineam equidistantem
linee gd et que est eh. Et quia eh et gd sunt equidistantes, fit proportio ga ad ae sicut
proportio gd ad eh. Pone autem zd mediam inter gd et eh. Manifestum est ergo quod
proportio gd ad eh aggregatur ex duabus proportionibus, ex proportione gd ad dz et proportione dz ad
eh. Cum ergo proportio ga ad ae aggregata existit, proportio vero dz ad eh est sicut
proportio bz ad be et quoniam due linee eh, zd sunt equidistantes. Ergo proportio ag
ad ae aggregatur ex proportione gd ad dz et ex proportione bz ad be. Et hoc est quod proposuimus. [kattha disiuncta]

Similiter declarabitur per modum dividendi quod proportio ge ad ea ag-
gregatur ex duabus proportionibus: ex proportione gz ad zd et ex proportione db ad
ba. Quod sic probatur: protraham ah equidistantem ez et protraham gd ad h.
Et quia due linee ah, ez sunt equidistantes fit proportio ge ad ea sicut proportio gz
ad zh. Pone autem dz mediam inter gz et zh. Manifestum est autem quod proportio gz
ad zh aggregatur ex duabus proportionibus, ex proportione gz ad zd et ex proportione zd ad zh.
Verum proportio zd ad zh est sicut proportio db ad ba quoniam due linee ba, zh cadunt super duas
lineas ah, bc equidistantes. Ergo proportio gz ad zh aggregatur ex duabus proportionibus

composite ex proportione gz ad zd et ex proportione bd ad ba. proportio autem ge ad ea est sicut proportio gz ad zh. ergo proportio ge ad ea aggregatur ex duabus proportionibus gz ad zd et db ad ba.

Describam circulum super que sunt abg, quod volumus ostendere, super centrum d, et dividam ex circulo duos arcus ab, bg, et ponam unumquemque eorum semicirculo minorem, et similiter dividendus omnis arcus in sequentibus. Hanc ergo expositionem memorie commendemus, et protraham duas lineas ag, deb. Dico ergo quod proportio ae ad eg est sicut proportio corde dupli arcus ab ad cordam dupli arcus bg. Cuius probatio: protraham cum duas lineas perpendiculares a duobus punctis a, g ad lineam db, que sint az, gh. Et quia az, gh equidistant et cadit super eas linea aeg, erit proportio az ad gh sicut proportio ae ad eg. proportio vero az ad gh est sicut proportio corde dupli arcus ab ad cordam dupli arcus bg, quia unaqueque earum est medietas corde sui dupli. ergo proportio ae ad eg est sicut proportio dupli arcus corde ab ad cordam dupli arcus bg, et hoc est quod demonstrare volumus.

Hoc autem supposito, quod cum arcus ag totus fuerit notus et proportio corde dupli arcus ab ad cordam dupli arcus bg nota, erit unusquisque duorum arcuum ab, bg notus. Verbi gratia: replicabo figuram, et protraham lineam ad et producam perpendicularem dz ad lineam aeg. Et quia cum fuerit arcus ag notus, erit angulus adz, cum basis est medietas arcus, notus, et erit totus triangulus adz notus. Et manifestum est quod cum fuerit tota corda ag nota, et iam significatum est quod proportio ae ad eg est sicut proportio corde dupli arcus ab ad cordam dupli arcus bg, erit linea ae nota. Et propter hoc remanebit ze, et propter hoc quod dz est nota, remanebit ex hoc angulus edz trianguli edz orthogonii. Cum omnis trianguli orthogonii nota sint latera, reliqui eius anguli sunt noti, propter illud quod premisimus in tabula locorum cordarum arcuum. Remanebit ergo angulus adb. Et propter hoc remanebit arcus ab, et remanebit arcus bg qui est residuum arcus ag, et hoc est quod oportuit nos declarare.

Describam circulum super que sunt abg super centrum d, et sit uterque duorum arcuum ab, ag minor semicirculo, et protraham duas lineas ad, bg, et producam eas donec concurrant super e. Dico quod proportio ge ad eb est sicut proportio corde dupli arcus ag ad cordam dupli arcus ab. huius autem demonstratio prime similis est: protraham cum ad lineam da duas perpendiculares a b, g que sint bz, gh. Et quia ipse sunt equidistantes, erit proportio ge ad eb sicut proportio gh ad bz. Et propter hoc erit proportio ge ad eb sicut proportio corde dupli arcus ga ad cordam dupli arcus ab, et illud volumus demonstrare.


Sequitur vero hoc quod cum fuerit arcus gb solum notus et fuerit proportio corde dupli arcus ag ad cordam dupli arcus ab nota, fiet arcus ab notus. Cuius probatio: protraham in ista figura similiter a puncto d perpendicularem ad cordam bg que sit dz. angulus ergo bdz, cum basis est medietas arcus bg, erit notus. Quapropter totus triangulus bdz orthogonius est notus. Et quia proportio ge ad eb est nota et corda bg est nota, sciemus ex hoc eb, et sciemus propter hoc totam lineam ebz. Et erit angulus edz trianguli notus. cum autem angulus bdz notus, notum erit edb residuum. fiet ergo arcus ab notus.


Et propter premisimus hanc antecedentiam, complectar in superficie spere arcus notos orbium magnorum qui sunt arcus ab, ag, et arcus be, gd se secantes super z, et sit uterque arcuum minor semicirculo. hanc vero expositionem commendabimus memorie in omnibus formis. Dico ergo quod proportio corde dupli arcus ge ad cordam dupli arcus ea aggregatur ex proportionibus duabus: ex proportione corde dupli arcus gz ad cordam dupli arcus zd, et ex proportione dupli arcus db ad cordam dupli arcus ba. Cuius probatio: ponam cum


centrum spere h et protraham a centro ad puncta b, z, e ubi se secant circuli lineas hb, hz, he. Et protraham cordam ad et producam hb donec concurrat super punctum t. Et protraham duas lineas ga, gd secantes duas lineas hz, he super duo puncta k, l. fiunt ergo in linea una recta tria puncta que sunt t, k, l, quia ipsa sunt in superficie trianguli agd et in superficie circuli bze. hec ergo due superficies secant se in linea lk. cum ergo in linea protracte due linee tl, gd se secabunt inter duas lineas ta, ga, erit eadem secto super l. ergo proportio gl ad la aggregatur ex duabus proportionibus: ex proportione gk ad kd et ex proportione dt ad ta. proportio autem gl ad la est sicut proportio corde dupli arcus ge ad cordam dupli arcus ea, sicut ostensum est in primo quattuor figurarum precedentium hanc figuram. Et proportio gk ad kd est sicut proportio corde dupli arcus gz ad cordam dupli arcus zd. Et proportio dt ad ta est sicut proportio corde dupli arcus db ad cordam dupli arcus ba, quemadmodum ostensum est in tertia quattuor figurarum precedentium hanc figuram. ergo proportio dupli arcus ge ad cordam dupli arcus ea aggregatur ex duabus proportionibus: ex proportione corde dupli arcus db ad cordam dupli arcus ba, et ex proportione corde dupli gz ad cordam dupli arcus zd. Ex eo autem quod demonstravi cum relinquuntur linee in superficie circulari predicto declaratur quod proportio corde dupli arcus ga ad cordam dupli arcus ae aggregatur ex proportionibus duabus: ex proportione corde dupli arcus gd ad cordam dupli arcus dz, et ex proportione corde dupli arcus zb ad cordam dupli arcus be. Et hoc est quod intendimus probare.

Capitulum 13m de scientia quantitatis arcuum qui sunt inter orbem equationis diei et orbem medii signorum quod est declinatio

In proposito premisimus hoc capitulum, ostendemus primum demonstrationes super hos arcus quemadmodum narrabo. Describam ergo orbem que involvunt duo poli, scilicet polus orbis equationis diei et polus orbis medii signorum, et scribo super eum abg. Et describam in eo medietatem orbis equationis diei super quam sunt aeg, et medietatem orbis medii signorum super quam sunt bed, que se secant super punctum e, quod sit punctum equationis diei vernale. Et sit tropicus hyemalis punctum b et tropicus estivalis punctum d. Et ponam ut polus equationis diei sit punctum z arcus abg. Et ponam ut arcus eh qui est orbis signorum sit 30 partium quarum orbis maior est 360. Et describam arcum zht qui sit orbis magnus, et investigabo scilicet quantitatem arcus ht. Et quod Abhoreco iteravit sermonem in omni hoc dico quod cum nos invenimus hoc loco et in omni eius simili que est ex eis quos declaravimus numerum partium arcuum et partium cordarum, volumus intelligere per partes arcuum illas quarum sunt ex partibus maioris circuli 360, et per partes cordarum illas quarum sunt ex 120 partibus diametri circuli. Et quia in figura orbium magnorum inter duos arcus az, ac sunt duo arcus zt, eb se secantes super h, fit ergo proportio corde dupli arcus za ad cordam dupli arcus ab aggregata ex duabus proportionibus: ex proportione corde dupli arcus zt ad cordam dupli arcus th, et ex proportione corde dupli arcus he ad cordam dupli arcus eb. Iam autem scimus quod duplus arcus zt est 180 et corda eius 120, et duplus arcus ab est secundum quod computavimus et invenimus super ipsum secundum proportionem 11 ad 83, 47 partes et 42 minuta et 40 secunda. Et est eius corda 48 partes et 31 minuta et 44 secunda. et duplus arcus he est 60 partes et eius corda est 60 partes, et duplus arcus eb est 180 partes et eius corda 120 partes. Cum ergo nos removerimus ex proportione 120 ad 48 partes et 31 minuta et 44 secunda proportionem 60 ad 120, remanebit proportio corde dupli arcus zt ad cordam dupli arcus th que est proportio 120 ad 24 partes et 14 minuta et 47 secunda. duplum vero arcus zt est 180 et eius corda 120. linea ergo que subtenditur duplo arcus th fit illarum partium 24 partes et 14 minuta et 47 secunda. Et propter hoc erit duplus arcus th 23 et 19 minuta 49 secunda. Et erit arcus th fit illarum partium proximum 11 partes et 40 minuta. Ponam ut arcus ea sit 60 partes et dimittam quod sit partes eius in sua figura sua, fiet ergo duplus arcus eh 120 partes et corda eius 103 partes et 44 minuta et 23 secunda. Cum ergo nos removerimus ex proportione 120 ad 48 partes et 31 minuta et 44 secunda proportionem 103 partium et 44 minutorum et 23 secundorum ad 120, remanebit proportio corde dupli arcus zt ad cordam dupli arcus th que est proportio 120







ad 42 partes et 11 minuta et 48 secunda. Corda autem 2li arcus est 120. Quare erit corda 2li arcus [illegible] secundum illas partes 42 partes et 11 minuta et 48 secunda. Ergo 2lus arcus [illegible] erit 41 partes et 0 et 18 secunda. Et arcus [illegible] secundum eas partes erit 20 partes et 30 minuta et 9 secunda. Et hoc est quod voluimus demonstrare. [illegible] arcum et scivimus [illegible] representibus [illegible] quarte que est 90 partes, et scivimus partes uniuscuiusque arcus ex latere consequente [illegible] Tabule autem descriptio est secundum descriptionem partes [illegible]

Tabula quantitatum arcuum qui sunt inter orbem equatoris diei et orbem medium signorum qui est declinacionis

Partes orbis medii signorum unius quarte		Arcus declinacionis qui est inter duos orbes medios			Partes orbis medii signorum unius quarte		Arcus declinacionis qui est inter duos orbes medios		
	par	par	m	s	par	par	par	m	s
359	1	0	24	16	314	46	16	44	48
358	2	0	48	31	313	47	17	12	16
357	3	1	12	46	312	48	17	29	37
356	4	1	37	0	311	49	17	46	19
355	5	2	1	12	310	50	18	2	43
354	6	2	24	22	309	51	18	19	7
353	7	2	49	30	308	52	18	34	3
352	8	3	13	34	307	53	18	40	39
351	9	3	37	37	306	54	19	4	44
350	10	4	1	38	305	55	19	20	40
349	11	4	24	32	304	56	19	34	24
348	12	4	49	24	303	57	19	49	38
347	13	5	13	11	302	58	20	3	31
346	14	5	36	43	301	59	20	17	1
345	15	6	0	30	300	60	20	30	9
344	16	6	24	1	299	61	20	42	44
343	17	6	47	26	298	62	20	44	18
342	18	7	10	44	297	63	21	7	19
341	19	7	33	47	296	64	21	18	46
340	20	7	47	3	295	65	21	30	9
339	21	8	20	0	294	66	21	40	48
338	22	8	42	40	293	67	21	41	23
337	23	9	4	33	292	68	22	1	23
336	24	9	28	4	291	69	22	11	0
335	25	9	40	29	290	70	22	20	11
334	26	10	12	43	289	71	22	18	46
333	27	10	34	48	288	72	22	37	17
332	28	10	46	43	287	73	22	44	11
331	29	11	18	27	286	74	22	42	40
330	30	11	39	49	285	75	22	49	42
329	31	12	1	21	284	76	23	6	18
328	32	12	22	31	283	77	23	12	28
327	33	12	43	29	282	78	23	8	11
326	34	13	4	16	281	79	23	23	27
325	35	13	24	48	280	80	23	28	16
324	36	13	44	7	279	81	23	32	38
323	37	14	4	13	278	82	23	36	33
322	38	14	24	4	277	83	23	40	1
321	39	14	44	42	276	84	23	43	0
320	40	15	4	4	275	85	23	44	33
319	41	15	22	12	274	86	23	47	38
318	42	15	42	4	273	87	23	49	14
317	43	16	0	40	272	88	23	40	24
316	44	16	18	49	271	89	23	41	6
315	45	16	37	2	270	90	23	41	20

Capitulum 14m de scientia quantitatis arcuum equatoris diei qui elevantur in spera directa cum arcubus orbis signorum datis

Nunc post hoc demonstrabo quantitatem arcuum equatoris diei quos separant orbes descripti super duos polos equatoris diei et super partes datas orbis signorum designant, et propter hoc sciemus in quanto tempore horarum equalium pertranseunt partes date orbis signorum orbem meridiei omni loco, et in quo pertranseunt orizonta spere recte. Et quia apud illud tunc est orizon super duos polos equatoris diei. Ergo describam formam cum declaratione premissa, et ponam primum arcum e h orbis signorum 30 partes, et presentabor in medietate arcus e t orbis equatoris diei. Secundum ergo quod premisimus, proportio corde 2li arcus z b ad cordam 2li arcus b a aggregatur ex duabus proportionibus, ex proportione corde 2li arcus z h ad cordam 2li arcus t h et ex proportione corde dupli arcus t e ad cordam 2li arcus e a. Duplum vero arcus z b est 132 partes et 17 minuta et 20 secunda, et corda eius est 109 partes et 44 minuta et 43 secunda, et duplum arcus b a est 47 partes et 42 minuta et 40 secunda, et eius corda 48 partes et 31 minuta et 44 secunda. Duplum autem arcus z h est 146 partes et 40 minuta et 2 secunda, et eius corda est 117 partes et 31 minuta et 14 secunda, et duplum arcus h t est 23 partes et 19 minuta et 49 secunda, et corda eius 24 partes et 14 minuta et 47 secunda. Cum ergo nos proiecerimus ex proportione 109 partium et 44 minutorum et 43 secundorum ad 48 partes et 31 minuta et 44 secunda, proportionem 117 partium et 31 minutorum et 14 secundorum ad 24 partes et 14 minuta et 47 secunda, remanebit proportio corde 2li

in ad Et ipsa est proportio 14 partium et 42 minutorum et 26 secundorum ad 117 partes et 31 minuta et 17 secunda Et est proportio 46 partium et 11 minutorum et 43 secundorum ad 120 arcus t e ad cordam 2li arcus e a. Et ipsa est proportio 46 partium et 11 minutorum et 43 secundorum ad 117 partes et 31 minuta et 14 secunda, et est proportio 46 partium et 11 minutorum et 43 secundorum ad 120. Duplum vero arcus e a est 180 et corda eius est 120. Ergo corda 2li arcus t e secundum illas partes est 46 partes et 11 minuta et 43 secunda. Quare erit duplum arcus t e viginti quinque partes et 40 minuta, et t e secundum illas partes erit 27 partes et 40 minuta. Ponam autem arcum e h 60 partes, et dimittam reliqua que sunt in forma secundum suam dispositionem. Erit ergo duplum arcus z h 138 partes et 49 minuta et 42 secunda, et eius corda 112 partes et 23 minuta et 46 secunda. Et duplum arcus h t 41 partes et 0 et 18 secunda, et eius corda 42 partes et 11 minuta et 48 secunda. Ergo cum nos proiecerimus ex proportione 109 partium et 44 minutorum et 43 secundorum ad 48 partes 31 minuta et 44 secunda, proportionem 112 partium et 23 minutorum et 46 secundorum ad 42 partes et 11 minuta et 48 secunda, remanebit proportio corde 2li arcus t e ad cordam 2li arcus e a, que est 94 partium et 2 minutorum et 41 secundorum ad 112 et 23 minuta et 46 secunda, que est sicut proportio 101 partium et 28 minutorum et 20 secundorum ad 120 partes. Corda autem 2li arcus e a est 120. Quare erit corda 2li arcus t e secundum illas partes 101 partes et 28 minuta et 20 secunda, et arcus t e secundum illas partes 47 partes et 44 minuta. Iam ergo declaratum est quod prime 12 partium orbis equatoris diei sunt 27 partes et 40 minuta secundum hunc modum. Et 2e 12 partium orbis signorum equantur tempus elevationis temporibus elevationis reliquorum 29 partium et 44 minutorum partium equatoris diei. Iam enim ostensum est quod ipse simul sunt 47 partes et 44 minuta. Et manifestum est quod 3e 12 partium orbis signorum equatur tempus elevationis temporibus elevationis residui 4te orbis equatoris diei, quod est 32 partes et 16 minuta, propter hoc quod tempus elevationis omnis quarte orbis declinis equatur elevationi 4te orbis equatoris diei, cum fuerit elevatio orbium descriptorum super duos polos orbis equatoris diei. Similiter vero secundum modum et hanc declarationem sciemus unius partium arcuum orbis equatoris diei que elevantur cum omnibus 10 partibus orbis declinis, eo quod arcus qui sunt minus 10 partibus non nimium diversificantur a baratubus equalibus augmentis superfluitatibus. Et affirmabo portionem partium orbis equatoris diei debitam omnibus 10 partibus orbis declinis pertranseuntibus cum omnibus 10 partibus orbis declinis lineam orbis meridiei omni loco, et pertranseuntibus orizontem spere recte. Et incipiam 10 partes a puncto equatoris diei, ergo que debentur primis 10 partibus orbis signorum, portio orbis equatoris diei est 9


tpa 4 10 m. Et 2a 10 est porcio 9 tpa 7 14 m. Et porcio 10 tercias est 9 p 7 24 m. Cum ergo aggregantur porciones decenas prime 12 porcionum fit 27 tpa 7 40 2a. Porcio vero decene 4te est 9 tpa 7 40 m. Et porcio decene 4te est 9 tpa 7 48 m. Et decene 6te est 10 tpa 7 16 m. Cum ergo aggregantur 10me partes 2e orbis declinis fit 29 tpa 7 44 m. Porcio autem 10me 7me est 10 tpa 7 34 m. Et porcio 10me 8ue est 10 tpa 7 47 m. Et 10me none est 10 tpa 7 41 m. Cum aggregantur ergo porciones decenas tercie 12 porcionum, cum finis est punctum tropici, fit 32 tpa 7 16 m. Et quartum ut fit porcio 90 que est totius 4te 90 tpa. Et iam hoc manifestum est quod reliquie 4te sunt equales cum 4ta communicata, quod communicat alia. Ideo quod orbis equatoris diei erigitur super orizonte hominum inhabitancium spheram rectam absque declinacione. Expleta est dictio prima. Incipit 2a cuius sunt 13 capitula.

Capitulum primum de sciencia locorum habitabilium terre iam longitudine diei longioris data
Capitulum 2m qualiter sciuntur quantitates arcuum circuli orizontis qui sunt inter orbe equatoris diei et orbe declinis
Capitulum 3m de sciencia altitudinis poli per hos arcus cum ponimus iam quantitate diei longioris cum fuerit data et e converso
Capitulum 4m de sciencia terrarum quibus sol transit per summitatem capitum et quando et quociens fit illud
Capitulum 5m de proporcionibus instrumentorum adumbrancium suarum in equalitate diei et tropicis duobus etc.
Capitulum 6m de modo proieccionis lineas orbium equidistancium orbi equatoris diei
Capitulum 7m de sciencia elevacionis orbis signorum in spera declini in orbe equatoris diei
Capitulum 8m de modo posicionis tabularum eius quod elevatur de orbe equatoris diei etc.
Capitulum 9m de dimensione eius quod sequitur scienciam elevacionum et separacionum eius
Capitulum 10m de sciencia angulorum provenientium inter orbe signorum declini et orbe meridiei
Capitulum 11m de sciencia angulorum provenientium inter orbe signorum et linea circuli orizontis
Capitulum 12m de sciencia angulorum provenientium inter orbe declini et orbe transeuntem super duos polos orizontis
Capitulum 13m de posicione circulorum arcuum et angulorum quos narrabimus in orbibus equidistantibus:

Dictionis magne Almagesti Ptholomei pheludensis dictio secunda incipit feliciter continens 13 capitula
Capitulum primum de sciencia locorum habitabilium terre

[P]ostea que narravimus in dictione prima almagesti de forma totius et communitate que est in eo secundum partitionem et universalem, et quantitas sit eius, et quomodo estimamus utilia in hac sciencia, excepto quod accidunt in orbe recto, ostendemus et ostendamus in sequentibus plurimum eorum que accidunt in orbe declini. Postquam levemus preter hoc est, et hec est eius summa quod premittendum est, et quod terra dividitur in 4or quartas quas separat orbis equatoris diei et unus orbium transeuntium super polos eius. Et quod una 4tarum duarum septentrionalium continet se totam habitabilem quam scimus. Illud autem duobus modis declaratur, quorum unus est per latitudinem, quod est spacium quod est a meridie ad septentrionem, quam umbre instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinationis erunt ad septentrionem, nec unquam declinabit ad meridiem. Alter vero per longitudinem, quod est spacium quod est ab oriente ad occidentem, quod eclipses et proprie lunares que sunt in hora una videntur illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus, et in extremitate occidentis eius, non cadunt neque sunt separate plus 12 horis equalibus. Totum vero spacium 4te in longitudine est 12 horarum, quam una medietas orbis equatoris diei comprehendit super dimensionem autem quam est inter nos et

et quod existimamus conveniens ei quod est in eius in hoc libro sunt sciencia eius quod accidit in locis habitabilibus qui sunt sub unoquoque orbium equidistancium et equidistancium orbi equatoris diei, et hoc est quanta sit longitudinis duos polos super sive elevacionem ab orizonte, et quanta sit longitudo puncti quod est super summitatem capitum in orbe meridiei ab orbe equatoris diei. Et in quibus locis transit sol super summitatem capitum, et quando et quociens fit illud, et quot sit proporcio instrumentorum adumbrancium suarum per quam consideratur in equalitate diei et in duobus tropicis in medietatibus diei, et quantum addat longior dies et minuat brevior dies de die equali. Et post hoc que sunt augmenta et diminuciones que accidunt nocti et diei, et que sunt dimensiones eius cum quo elevantur equator diei et orbis declinis, et cum quo occultantur ambo. Et que proprietates angulorum provenientium ex sectione orbium maiorum, et omnia que ex eis coniunguntur et que eis accidunt. Capitulum 2m qualiter sciuntur quantitates arcuum circuli orizontis qui sunt inter orbe equatoris diei et orbe cum hoc eodem sig(?) in orbe declini iam longitudine diei data



super puncto h sit motus eius maior medio super arcu a h. Et cum fuerit super puncto b estimabitur quod motus eius sit minor medio super arcu a b. Cum motus vero centri eius minor sit in longitudine longiori, et maior eius in longitudine propinquiore eo quod angulus a z b sit minor angulo d z g. Et cum propter hoc motus orbis revolutionis propter hoc quod fuerit ambo motus sint in longitudine longiori etiam ut centrum orbis revolutionis non moveatur nisi ab occidente ad oriente quod est ab a ad b. Cum ergo motus stelle fuerit in orbe revolutionis a longitudine longiori ab occidente ad oriente quod est a z ad h, tunc motus stelle maior erit in longitudine longiori. Propter hoc quod duo motus fuerunt simul in una parte. Et cum motus stelle fuerit a longitudine longiori in orbe revolutionis ab oriente ad occidente quod est a z ad b, tunc e contrario illius erit motus minor in longitudine longiori. Cum motus stelle est in motu orbis revolutionis. Postquam ergo hoc ita fuit premittendum propter hoc et quia quinque stelle habent duas diversitates propter hoc quod hos duos motus comparari in eo quod adhuc demonstrabimus aliud in libro nostro de ea cum premiserimus ad locum eius. Et quinque eius fuerunt non habent nisi diversitatem unam vel unius duas modos sufficiet nobis in ea. Oportet quod apparet in unoquoque duos modos in ...nis eius comparatio ... talis. Cum ... diversitas motus sit fuerit unde sit cum fuerit super modum centri egredientis, ... quod est inter duo centra quod est spacium aspectus oculorum recto egrediente ad longitudine eius egredientis ab orbe suo est equale ... longitudinis centri orbis revolutionis ab orbe suo a longitudine centri orbis super quem revolvitur orbis revolutionis ab orbe suo. Et in tempore in quo erit motus stelle in orbe egressus ab occidente ad oriente orbe egresso fixo in motu ... in equali tempore erit motus centri orbis revolutionis in orbe cuius centrum est aspectus oculorum ab occidente ad oriente. Et in equali ad illius temporis erit motus stelle in orbe revolutionis cuius motus localis erit a longitudine longiori ab oriente ad occidente. Et postquam hoc ita est demonstrabitur et quod ... orbis quod totum quod apparet est in utroque modo equale. Dico propter illud ostendam postea comparationem diversitatis motus sit. Et dico super quod in unoquoque duorum modorum erit diversitas maior que est inter motum medium et motum qui apparet diversus apud visum stelle medium intellectum cum intellexerimus eius esse a principio motus sui a longitudine longiori usque quo fiet quarta orbis signorum. Et quod tempus quod est a longitudine longiori usque ad visum diversitatem medium quem nominamus est longius tempore quod est a visu medio usque ad longitudinem propinquiorem. Quare super modum centri egredientis ... erit ... Et super modum orbis revolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiori in orbe revolutionis ab oriente ad occidente erit tempus quod est a motu minori ad motum medium longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem eo quod in unoquoque duorum modorum erit motus minor in longitudine longiori. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe revolutionis a longitudine longiori ab occidente ad oriente erit motus stelle a longitudine longiori quo contra sed erit tempus quod est a motu maiori ad medium longius tempore quod est a motu medio ad motum minorem. Cum motus acceleratus est in longitudine longiori. Describam itaque stelle super orbe centrum



super quem sunt a b g d super centrum e. Et diametrum a e g. Et ponam in diametro centrum orbis signorum quod est aspectus oculorum super quod sit nota z. Et faciam transire per z lineam orthogonaliter super diametrum a e g super quam sunt b z d. Sit quod stella super duas notas b d ad hoc ut sit spacium eius quod videtur a duobus finibus usque ad punctum a quod est longitudo longior equalis. Demonstrabitur enim tunc quod diversitas maior que est inter motum medium et motum diversum est apud duas notas b et d. Protraham ergo duas lineas e b et e d. Ex hoc enim declarabitur quod proportio anguli e b z ad quatuor angulos rectos est sicut proportio arcus diversitatis ad totum circulum. Cum angulus a e b est sub arcu motus medii, et angulus a z b est sub arcu eius quod apparet ex diversitate. Et superfluum quod est inter eos est angulus e b z. Et dico quod non contingit alius angulus qui sit maior unoquoque horum duorum angulorum in circulo a b g d super lineam e z contingentem. Ergo duo anguli contingentes apud punctum t et punctum h quod sit angulus e t z et angulus e h z. Et protraham duas lineas t d, h d. Et quia in omni triangulo linea longior subtendit angulo maiori. Et linea t z est longior quam z d erit angulus t d z maior angulo d t z. Et angulus e d t est equalis angulo e t d. Cum linea e d est equalis linee e t. Ergo angulus e d z qui est equalis angulo e b z erit maior angulo e t z. Et quia linea d z est longior linea h z erit angulus z h d maior angulo z d h. Totus autem angulus e h d est equalis toti angulo e d h. Cum linea e h est equalis linee e d. Ergo angulus e d z residuus qui est equalis angulo e b z est maior e h z. Ideo est propter hoc ut contingerent anguli alii maiores hiis duobus angulis super motum qui protraximus apud duo puncta b d. Iam vero declaratum est cum hoc quod arcus a b qui est tempus quod est a motu minori ad motum medium est longior arcu b g qui est apud tempus quod est a motu medio ad motum maiorem per duos arcus quos videlicet ex diversitate quia angulus a e b est maior angulo t z b per angulum e b z. Et angulus b e g est minor ipso per ipsum.




Hoc vero ut declaretur et super modum aliud quod ea que accidunt sicut ... in eo describam circulum cuius centrum centrum mundi super quem sunt a b g super centrum d. Et diametrum a d b. Et orbe revolutionis qui revolvitur super ipsum et cuius superficie super qua sunt e z h super centrum a. Et sit stella super puncto h cum videlicet eius longitudo a puncto longitudinis longioris ... Et protraham autem duas lineas a h et d a g. Dico ergo quod d h g contingit orbem revolutionis. Et quod apud illud erit diversitas maior que est inter motum medium et diversum. Et quia motus medius qui est a longitudine longiori continetur ab angulo e a h propter hoc quod motus stelle in orbe revolutionis et motus centri orbis revolutionis in orbe a b g sit equalis velocitatis. Ergo diversitas que est inter motum medium et motum qui videtur continetur ab angulo a d h. Ergo maxime est quod superfluum quod est inter duos angulos e a h et a d h quod est angulus a h d qui continet spacium quod videtur inter stellam et longitudinem longiorem. Et quia hoc spacium est ... erit angulus a h d rectus. Quare erit linea d h g contingens orbem revolutionis super quem sunt e z h. Arcus ergo h g est diversitas maior que est inter medium motum et motum diversum. Quare arcus e h qui est tempus quod est a motu minori ad motum medium ... super quod declaratum est hoc ex motu locali stelle in orbe revolutionis erit maior h z qui est tempus quod est a medio motu ad maiorem per duplum arcus h g. Et cum protraximus lineam d h t et lineaverimus a k t orthogonaliter super lineam e z erit angulus




quia angulus e a h differebat ab angulo a h d per angulum a d h et quia a h d est rectus et e a k ... ... quoniam e a h et a h d ... b a h et ... ... a d h ... b a h et a d h ... ...

e a k est angulo k d a. Et arcus e k similis arcui a g. Et cum hoc arcus erit arcus e k h maior quarta una, et arcus z h minor quarta una cum eo. Et hoc est quod oportuit nos [demonstrare.]




[D]emonstrabimus autem post quod narrabimus cuncta volenti quod sit demonstrare [apparen]tie stellarum, quod totum quod est in istis motibus, scilicet motum medium et motum qui videtur, et quod est inter eos ex superfluo quod est diversitas in temporibus equalibus est equale secundum unumquemque duorum modorum. Et ostendam ad hoc circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem a b g, super centrum d, et circulum alium eccentricum, cuius centrum egreditur a centro eius, super quem sunt e z h, super centrum t, et super dyametrum motum unum ambobus communem, quem faciam transire super duo centra usque ad punctum e quod est longitudo longior, super quam sunt e a t d. Et dividam circulo a b g arcum secundum quantitatem quam voluerimus, super quem sunt a b. Et ostendam orbem revolutionis super centrum b, et secundum longitudinem d t, super quem sunt k z, et protraham lineam d b k. Dico ergo quod stella secundum duos motus in uno tempore videtur adherere [illegible] orbis eccentrici, et orbis revolutionis sine dubio, qui est punctum z, et arcus erit similis arcui e z orbis eccentrici et arcus a b orbis signorum, et arcus k z orbis revolutionis. Et diversitas que est inter motum medium et inter diversum et motum stelle que videtur ex hoc toto est secundum duos modos unus et idem et similis. Protraham ergo lineas z t, b z, d z. Erit ergo figura quadrilatera super quam sunt b d t z. Et sunt omnia duo latera eius opposita equalia, b z equale b d et b z equale d t. Erit ergo quadrilaterum equidistantium laterum, scilicet b d equidistans z t et b z d t. Erit ergo z t angulus equalis equalis angulo e t z. Et angulus a d b et angulus z b k, et quod ipsi sunt apud centrum, tunc arcus qui subtenduntur eis sunt similes, arcus e z circuli eccentrici, et arcus a b circuli orbis signorum, et arcus k z orbis revolutionis. Secundum ergo ambos motus in tempore uno videtur stella ad punctum z et adherere orbi signorum, quia ipsa videtur stella secuisse a longitudine longiore. Hoc vero sequitur ut sit quantitas diversitatis secundum duos modos una. Nos enim iam demonstravimus quod diversitas secundum modum orbis eccentrici continetur ab angulo d z t, et secundum modum orbis revolutionis continetur ab angulo b d z. Hii autem duo anguli sunt equales coalterni, propter hoc quod iam ostendimus quod z t equidistat b d. Et manifestum est quod illud in omnibus longitudinibus erit per quadrilaterum nostrum super quod sunt b d z t. Est enim equidistantium laterum. Et motus stelle locatur in orbe revolutionis est quem signat orbe eccentrico cum fuerint proportiones secundum duos modos similes equales.

[D]emonstrabo autem quod quantitates arcuum similium et non similium sunt diversas quantitates [illegible] quod videtur in tempore in quo accidunt in eis equale est ei quod videtur in illis [illegible] sunt equalium quantitatum. Et adhuc ponam circulum eccentricum, cuius centrum sit centrum mundi, super quem sunt a b g, super centrum d. Et sit quod dyameter eius super quam erit stella in longitudine longiore et propinquiore, super quam sunt a d g. Et circulum revolutionis revolventis super centrum b, cuius revolutio a longitudine longiore est arcus a b secundum quantitatem quam voluerimus, super quem sunt e z. Moveatur ergo stella in orbe revolutionis secundum quantitatem arcus e z que similis est arcui a b. Propter hoc quod revolutiones orbium sunt in temporibus equalibus. Protraham autem lineas d b e, b z et d z. Et propter hoc manifestabitur quod duo anguli a d e et z b e sunt equales. Et quod stella secundum hunc modum videtur super lineam d z. Et dico quod secundum modum eccentrici egredientis. Sit orbis eccentricus equalis orbi a b g, cuius centrum non centrum mundi, et sit minor eo [illegible]




fuerint proportiones similes bis et revolutiones in temporibus equalibus super lineam d z ubi videbitur stella. Describam autem orbem eccentricum quem ponam maiorem, super cuius dyametrum super quem sunt h t. Et sit eius centrum l, super dyametrum a g. Et ponam ipsum etiam minorem, super quem sunt l m super centrum n. Et producam duas lineas d m z, d a l, secundum rectitudinem usque ad t et ad h. Et protraham lineas duas t b, m n. Et sit proportio d b ad b z sicut proportio t b ad b d, et sicut proportio m n ad n d. Quia angulus t d b est equalis angulo b z d, quia d a et b z sunt equidistantes. Quapropter erunt anguli quorum latera proportionalia subtenduntur equales, scilicet anguli b d z et anguli d t b et anguli d m n. Linee ergo b d et t b et m n sunt equidistantes. Quapropter erunt anguli a d b et a t b et a n m equales. Et quia omnes sunt super centra orbium, erunt arcus qui subtenduntur eis similes, arcus a b et arcus h t et arcus l m. In uno ergo tempore uno secat orbis revolutionis hunc arcum a b. Stella autem secat arcum e z. Et stella etiam secat in orbe eccentrico arcum h t. Et arcum l m. Quapropter videbitur stella super lineam d m z t. Sed in orbe revolutionis erit stella super punctum z, et in orbe eccentrico maiore erit super punctum t, et in orbe eccentrico minore erit super punctum m. Et similiter videbitur in locis omnibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

[H]oc autem in hoc ut cum stella fuerit visa secuisse duos arcus equales longitudinibus a longitudine longiore et longitudine propinquiore, erunt diversitates similes secundum utrosque apud duos locos una. Si enim signaverimus circulum super medio orbis eccentrici super centrum e, super quem sunt a b g d. Et dyameter eius sit a e g. Et posuerimus aspectum oculorum super dyametrum a puncto z existente super ipsum usque ad punctum a quod est longitudo longior, et protraxerimus super punctum z lineam sicut voluerimus, super quam sunt b z d. Et protraxerimus duas lineas e b, e d, tunc duo arcus super quos visa est stella pertransisse erunt oppositi et equales [illegible] quia angulus a z b qui est longitudinis longioris et angulus g z d qui est longitudinis propinquioris erit diversitas una, quia b e est equalis e d. Et angulus e b z est equalis angulo e d z. Diversitas ergo que est quantitas arcus quod videtur est una, scilicet qua superat unumquemque duorum angulorum a z b et g z d. Similiter quantitas ergo illius arcus erit arcus motus stelle a puncto a quod est longitudo longior maior motu medio. Et secundum quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle qui est a puncto g quod est longitudo propinquior minor. Propter hoc quod angulus a e b est maior angulo a z b, et angulus g e d minor angulo g z d. Et illud est quod [illegible]




[Q]uod si signaverimus circulum secundum modum orbis revolutionis, cuius centrum sit centrum mundi super quem sunt a b g, super centrum d. Et sit eius dyameter a d g. Et super orbe revolutionis sint e z h. Et sit super centrum a. Et protraxerimus a puncto d lineam rectam super quam sunt d h z quocumque modo voluerimus et protraxerimus lineas duas a z et a h, sicut ut arcus a b sit etiam arcus diversitatis si fuerit stella super punctum z vel super punctum h. Et videatur eius longitudo a longitudine in orbe signorum cum fuerit super punctum z et longitudo eius a longitudine propinquiore cum fuerit super punctum h una. Cum arcus qui videtur a longitudine longiore subtenditur angulo d z a, iam enim ostensum est quod angulus a d b est diversitas que est inter motum medium et motum visibilem. Erit arcus visionis quem subtendit angulus z h a [illegible] equalis motui medio quod est a longitudine propinquiore et diversitati visibili. Sed angulus d z a est equalis angulo z h a quia linea a z est equalis linee a h. Ex hoc ergo colligitur etiam ut sit diversitas una que est angulus a d b. Sit motus medius quod est apud longitudinem longiorem additus eo quod videtur



Et quod sit intelligi volumus quod angulus e a z est maior angulo a z d et motus medius qui
est apud longitudinem propinquiorem sit minor eo qui videtur quia est ipse idem. Et quod sit intelligi vo-
lumus quod angulus h a d est minor angulo a h z. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.


Capitulum 4m de scientia causarum que apparent ex diversitate motus solis

Et postquam premisimus premissiones eas que in aspectu et visione
que propinquius inveniemus in sermone nostro de eis que videntur de diversitate
motus solis. Et hoc quia ipsa est una et ponunt tempus quod est a motu
minore usque ad motum medium longius tempore quod est a motu medio usque ad motum maiorem
et nos iam invenimus illud concors ei quod videtur et apparet. Iam ergo possibile est ut
sit hoc per unumquemque duorum modorum horum. Sed cum ipsum sit acceptum per modum orbis
revolutionis non erit nisi cum fuerit motus locatus solis circa longitudinem longiorem [illegible]
[illegible]. Et convenientior est modus quo vestigatur secundum diversitatem motus solis
est modus orbis egredientis centri eo quod ipse est manifestior et velocior et facilior. Et quod ipse
est compositus motu et non est ex duobus. Et propter hoc oportet ut premittamus in hoc inquisitionem
rectitudinis proportionis orbis egredientis centri, scilicet quod intelligi volumus proportionem linee que est inter
duo centra scilicet centrum orbis egredientis et centrum aspectus oculorum ad lineam que est inter centrum
orbis signorum ad lineam que egreditur a centro orbis egredientis usque ad orbem ipsum. Et
ipsam super quam partem orbis signorum cadat punctum longitudinis longioris orbis egredientis. Iam
ostendimus illud. Iam enim hoc invenerunt sicut Abrachis veridico studio et posuit
tempus quod est ab equalitate vernali usque ad tropicum estivale 94 dies et medietatem
diei. Et tempus quod est a tropico estivali usque ad equalitatem autumpnalem 92 dies
et medietatem diei. Nunc ergo declaravit nobis ex hoc cum demonstrabitur quantitas
longitudinis que est inter duo centra. Cum diximus esse unam 24 partem linee que pro-
greditur a centro egredientis usque ad orbem suum. Et eius longitudo longior precedit
tropicum estivum 24 partibus et medietate partis secundum quantitatem qua est orbis signorum
360 partes. Et nos quidem similiter invenimus duo tempora et reliquas duas quantitates et has
proportiones. Et ex hoc declaratur nobis quod orbis egredientis centri fixus est in loco suo secundum adinven-
tionem equalitatis et conversionis. Et ut non premittamus dimittere locum. Sed cum demon-
straverimus etiam nostra computatione ponemus eius declarationem per orbem egredientem. Et assu-
memus in declaratione eius has causas apparentes et manifestas que sunt sicut premi-
simus quod tempus quod est ab equalitate vernali usque ad tropicum estivale est 94 dies et
medietas diei. Et tempus quod est a tropico estivo usque ad equalitatem autumpnalem
est 92 dies et medietas diei. Nos quidem similiter invenimus horum duorum
temporum certitudinem nostras considerationes equalitatum et conversionum estivalium quas con-
sideravimus in anno 463 post mortem Alexandri. Invenimus enim sicut diximus fuit
equalitas autumpnalis in nona die mensis Atir post ortum solis et equalitas vernalis
fuit 7ma die mensis Machir post medium diei sequentis. Aggregantur ergo inter
duas considerationes 178 dies et 4 diei. Et fuit conversio estiva 11ma die
mensis Mesor post medium noctis cuius mane fuit 12 dies mensis Mesor. Aggrega-
tur ergo inter dictum que fuit ab equalitate vernali usque ad conversionem estivam 94 dies
et medietas diei et remanent duo dies que sunt a tropico estivo usque ad
equalitatem autumpnalem que est post ipsum 92 dies et medietas diei.



Describam autem circulum orbis signorum super quem sint a b g d super centrum e. Et
protraham duas eius dyametros super orthogonium secantes et cadentes super
duo puncta conversionum et equalitatum super que sint a g b d. Sit ergo punctum
a equalitatis vernalis et punctum b conversionis estivalis. Et quia sol per illa sunt per quod ostensum est
ergo quod centrum orbis egredientis centri cadit inter duas lineas e a, e b. Eo quod medietas
circuli super quam sunt a b g est longius tempore medietatis alterius. Ergo secat et comprehendit
arcum orbis centri egredientis maiorem medietate circuli. Et quarta super quam sunt a b est lon-
gioris temporis quarta b g. Et secat circulus egredientis centri et comprehendit arcum maiorem
eo quem comprehendit quarta b g. Et ponimus hoc esse ita. Ponam punctum z centrum orbis egre-
dientis et protraham dyametrum super duo centra et super longitudines que sunt e z h.
Et describam circulum orbis egredientis centri qui est super centrum z. Et sint loca que
volumus super que sunt t k l m. Et faciam transire duas lineas super centrum z equi-
distantes duabus lineis a g b d super quarum una sunt n s q equidistans a g
et super alteram f c r equidistans b d. Et protraham ad lineam n s q perpendiculares super quas
sunt t o p, et a puncto l ad lineam f c r perpendicularem super quam sunt l r x. Et quia sol
pertransit super orbem t k l m suo motu medio secat arcum t k in 94 diebus
et medietate diei. Et secat arcum k l in 92 diebus et medietate. Et est eius motus
medius in 94 diebus et medietate 93 partes et 9 minuta secundum quantitatem qua circulus est
360 partes. Et in 92 diebus et medietate 91 partes et 11 minuta. Erit ergo totus t k l 184
partes et 20 minuta. Et erunt duo arcus t n, l q qui sunt residuum post medietatem circuli 4 partes
et 20 minuta. Uterque ergo eorum erit 2 partes et 10 minuta. Duplus autem arcus t n est
ergo 4 partes et 20 minuta. Et erit eius corda 4 partes et 32 minuta secundum quantitatem qua
erit dyameter orbis centri egredientis 120 partes. Et eius medietas que est t o et est equalis
e s erit 2 partes et 16 minuta. Et quia tota portio t n f k est 93 partes et 9 minuta. Et t n
due partes et 10 minuta, et quarta super quam sunt n f 90 partes, remanet arcus f k
sic et 59 minuta. Et duplus eius qui est k f x partes et 58 minuta. Et eius corda que est k
l x erit 2 partes et 4 minuta secundum quantitatem qua dyameter orbis egredientis centri est 120 partes.
Et eius medietas que est k v et est equalis z s est pars et 2 minuta. Iam vero ostensum fuit quod linea
e o s est due partes et 16 minuta. Et quia cum coniunxerimus quadratum [illegible]
[illegible] erit ergo longitudo linee e z 2 partes et 29 minuta et medium
fere secundum quantitatem qua erit linea que est a centro egredientis usque ad circulum orbis 60 partes.
Linea ergo que egreditur a centro egredientis ad ipsum orbem est equalis linee que est inter
duo centra 24 vicibus. Et quia iam ostensum est quod linea e z est 2 partes et 29
minuta et medium. Et fiat linea z s pars una et duo minuta. Ergo secundum quantitatem qua
erit corda e z 120 partes erit linea z s secundum eam 49 partes 46 minuta fere. Et arcus
qui erit super ipsam orbis descripti super triangulum e z s orthogonium erit 49 partes secundum
quantitatem qua erit circulus 360 partes. Angulus ergo z e s erit secundum quantitatem qua erunt duo anguli
recti 360 partes 49 partes. Et secundum quantitatem qua erunt quattuor anguli recti 360 partes erit
24 partes et 30 minuta. Et quia angulus z e s est apud centrum orbis signorum, erit arcus b h
qui est inter longitudinem longiorem et inter tropicum estivum 24 partes et 30 minuta. Et remanebit etiam quod duo
arcus super quos sunt q r et r n 90 partes. Unusquisque autem arcuum q l et t n est 2 partes et 10 minuta.
Et m v est sic et 59 minuta. Ergo arcus l m erit 86 partes et 11 minuta. Et arcus inter


erit 88 partes et 49 minuta. Sol vero stat habet 86 partes et 41 minuta propter motum suum medium in 88 diebus et octava diei et stat 88 partes et 49 minuta in 90 diebus et 8 diei fere. Propter hoc ergo videbitur sol stare circa g d qui est ab equalitate autumpnali ad conversionem hyemalem in 88 diebus et 8va diei. Et circa d a qui est a tropico hyemali ad equalitatem vernalem in 90 diebus et octava diei fere. Iam ergo venimus ex hoc quod [illegible]



Eccentricitatis solis vero [illegible] quantitatem. Dicto [illegible]

Requiramus primo quanta sit maior diversitas que est inter motum medium et motum verum, et apud quem punctum fit hoc. Describatur itaque circulus orbis egredientis centri super quem sunt a b g super centrum d et dyameter [illegible] a puncto a qui est longitudo longior super quam sunt a d g. Et sit super ipsam centrum orbis signorum super punctum e. Et protraham a puncto e lineam orthogonaliter super lineam a g que sit e b. Et protraham lineam d b. Et quia partium quarum linea b d que est a centro ad circumferentiam 60 partes erit d e que est inter duo centra due partes et 30 minuta. Ergo partium quarum b d ad d e [illegible] erunt linea d e 4 partes et 46 minuta [illegible] circuli [illegible] b d e orthogonium est 4 partes et 46 minuta partium quarum circulus 360 partes. Quare angulus d b e [illegible] diversitatis maioris et est partium quarum erunt 4 anguli recti 360 partes due partes et 23 minuta. Et partium illarum quarum est e b d rectus 90 partes. Et angulus [illegible] duobus angulis b d a [illegible] 92 partes et 23 minuta. Et quia ipse sit apud duo centra [illegible] angulus b d a apud centrum egredientis. Et angulus b e d apud centrum orbis signorum erit diversitas [illegible] motum medium et [illegible] motum verum due partes et 23 minuta. Et erunt duo motus apud quos [illegible] motus orbis [illegible] motus medius [illegible] 92 partes et 23 minuta a longitudine longiore. Et arcus orbis signorum qui est motus verus [illegible] est 90 partes [illegible] diversitas [illegible] opposita [illegible] et motus [illegible] est super 270 partes a longitudine longiore. Et motus [illegible] super 267 partes et 37 minuta. Et illud [illegible]

Dico autem ut [illegible] diversitatis orbis revolutionis [illegible] Describatur circulus cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sunt a b g super centrum d et dyameter a d g. Et orbe revolutionis super quem sunt e z h super centrum a. Et protraham a d [illegible] lineam a z. Erit ergo [illegible] a d z orthogonium linea a d [illegible] linea a z [illegible] dyameter a d 120 partes erit a z [illegible] partes. Et arcus qui est super ipsum [illegible] z a d z orthogonium est 4 partes et 46 minuta. Et [illegible] erunt orbis 360 partes. Quare ergo a d z [illegible] partes [illegible] duo anguli recti 360 partes erit 4 partes et 46 minuta. Et [illegible] partes [illegible] 4 anguli recti sunt 360 partes erit 2 partes et 23 minuta. Diversitate ergo maiore qui est arcus a b [illegible] 2 partes et 23 minuta. Et arcus motus [illegible] quem subtendit angulus a z d orthogonium erit 90 partes. Et arcus motus medii quem subtendit





angulus e a z erit [illegible] 92 partes et 23 minuta. Et ex hoc erit arcus motus centri orbis revolutionis 92 partes et 23 minuta. Et illud est quod nos oportuit declarare.

Capitulum [illegible] de inquisitionibus particularibus ex diversitate


Cum [illegible] et possimus [illegible] cognoscere particulariter diversitatem motuum omni hora demonstrabo [illegible] utrumque duorum modorum cum fuerint [illegible] arcum positos [illegible] arcus [illegible]. Describatur ergo primo circulus cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sunt a b g super centrum d. Et orbe centri egredientis super quem sunt e z h super centrum t. Et dyameter [illegible] super centrum [illegible] et super punctum e qui est longitudo longior super quam sunt e a t d. Et separabo arcum e z qui ponatur [illegible] 30 partes. Et protraham duas lineas z d z t. Et [illegible] lineam z t usque ad k. Et protraham a d perpendiculariter super lineam z t k que sit d k. Et quia arcus e z [illegible] positus est 30 partes, erit angulus e t z qui est [illegible] angulo d t k [illegible] quarum sunt 4 anguli recti 360 partes erit 60 partes. Arcus ergo qui est super d k erit 60 partes [illegible] circulus qui [illegible] z t k orthogonium 360 partes. Et arcus qui est super t k [illegible] medietatis circuli [illegible] 120 partes. Et erit eius corda [illegible] corda d k 60 partes [illegible] corda d t 120 partes. Et erit corda k t [illegible] 103 partes et 55 minuta. Quare [illegible] linea d t due partes et 30 minuta. Et linea z t que est a centro 60 partes erit d k [illegible] partes et 11 minuta. Et k t [illegible] due partes et 10 minuta. Et si [illegible] multiplicatione [illegible] erit [illegible] multiplicatio z d [illegible] corda z d 62 partes et 11 minuta [illegible] 60 partes et 11 minuta. [illegible] ergo quod erit linea z d 120 partes erit linea d k due partes et 27 minuta. Et arcus qui est super ipsam due partes et 18 minuta [illegible] qua erit circulus quem [illegible] d z k orthogonium 360 partes. Quare erit angulus d z k due partes et 18 minuta [illegible] erunt duo anguli recti 360 partes. Et [illegible] quarum erunt [illegible] 360 partes [illegible] et 9 minuta. [illegible] ergo diversitas que erit inter motum medium [illegible] et [illegible] et [illegible] 30 partes [illegible] ergo a d b [illegible] residuum [illegible] subtendit arcus a b orbis signorum erit 28 partes et 51 minuta. Iam vero declaratum est quod cum fuerint anguli [illegible] angulum [illegible]. Cum nos [illegible] a puncto t ad lineam z d super quam sunt t l. [illegible] a b orbis signorum [illegible] quem subtendit angulus b d a. Erit [illegible] linea t l [illegible] z t ad t l nota. Erit ergo [illegible] quare erit angulus t z d qui est diversitas nota. Et angulus e t z [illegible] arcus e z orbis centri egredientis notus. [illegible] nos [illegible] diversitate nota qui est angulus t z d [illegible] z t ad t l nota [illegible] z t ad t l nota [illegible] arcus e z orbis [illegible] a b orbis signorum [illegible] angulus e t z [illegible]


Describatur [illegible] circulus cuius centrum sit centrum orbis signorum super quem sunt a b g super centrum d et dyameter






[illegible marginal note]





a d g / in orbe revolventis secundum similitudinem superficiei que sunt e z h t suspectum a / Et dividam arcum e z quem esse ponam 30 partium Et protraham duas lineas z h d / et z a Et producam a z perpendicularem super lineam a e que sit z b Et quia arcus e z est 30 partium erit angulus e a z secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes 30 partes Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes Quapropter erit arcus qui est super z b erit 60 partium Et arcus qui est super a b qui est reliquus ad complendum medietatem circuli erit 120 partium Et erunt ex istis corde scilicet corda z b 60 partium secundum quantitatem qua dyameter est 120 partes Et corda b a secundum illam quantitatem 103 partium et 55 minutorum Quapropter secundum quantitatem qua est linea a z 2 partes et 30 minuta / Et a d que est a centro ad orbem signorum 60 partes erit linea z b partis et 15 minutorum Et linea b a secundum illam quantitatem due partes et 10 minuta Et tota b a d 62 partes et 10 minuta Et quia aggregatum ex multiplicatione duarum linearum z b et b d in se est equale d z in se Erit d z in longitudine 62 partes et 11 minuta / secundum quantitatem qua sunt linea z b partis et 15 minuta Secundum quantitatem ergo qua erit corda d z 120 partes Erit linea z b 2 partes et 24 minuta Et arcus qui est super z b due partes et 18 minuta secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d z b orthogonium 360 partes Quapropter angulus z d b erit 2 partes et 18 minuta secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti 360 partes Et secundum quantitatem qua erunt 4 anguli recti 360 partes erit partis et 9 minuta Ergo illud est diversitas a b Et secundum quantitatem esse est angulus e a z 30 partes Remanet ergo angulus a z d cum subtraxeris [illegible] visibilis qui est orbis signorum 28 partes et 51 minuta Et illud est quod iam [illegible] ostensum est secundum motum centri orbis egredientis Et similiter cum fuerit angulus alius notus erunt reliqui anguli noti Cum protraxerimus in ista figura formam perpendicularem a puncto a super lineam d z sicut que sunt a l Et si postea posuerimus arcum visibilis orbis signorum notum qui est angulus a z d Erit propter hoc proportio z a ad a l nota Et propter illud fuerit facta proportio z a ad a d nota Erit proportio d a ad a l nota Quapropter erit angulus a d l qui est arcus a b notus Et illud est diversitas Et angulus e a z qui est arcus e z orbis revolventis erit notus Et si nos fecerimus diversitatem notam scilicet angulum a d l equalem Erit propter hoc proportio a d ad a l nota Et ex similitudine proportionis d a ad a z Erit proportio z a ad a l nota Quapropter erit angulus a z d notus qui est arcus visibilis orbis signorum Et angulus e a z qui est arcus e z orbis revolventis erit notus Declarabo


Et erit in forma orbis centri egredientis hac dividamus arcum h z a puncto h qui est longitudo propinquior centri orbis egredientis Et ponam quod sit secundum illas partes quas sit 30 notum scilicet 30 partium secundum illas quantitates Et protraham lineas d z b et t z Et protraham perpendicularem a puncto d super lineam t z / super quam sunt d b Et quia arcus z h est 30 partium erit angulus z t h secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes 30 partes Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes 60 partes Quapropter arcus qui est super lineam d b / erit 60 partium secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d t b orthogonium 360 partes Et arcus qui est super b t est complementum medietatis circuli qui est 120 partes / linee ergo que subtendunt eos scilicet b d est 60 partes / secundum quantitatem qua est dyameter d t 120 partes Et corda b t secundum illam quantitatem est 103 partes et 55 minuta Secundum quantitatem ergo qua erit corda d t





2 partes et 30 minuta et corda t z que est a centro ad circulum 60 partes Erit linea d b partis et 15 minuta Et similiter t b erit 2 partes et 10 minuta Et similiter residuum eius videlicet b z erit 57 partes et 50 minuta Et quia aggregatum ex multiplicatione earum duarum d b / b z in se est equale d z in se / Erit longitudo d z 57 partes et 51 minuta fere secundum quantitatem qua est d b partis et 15 minuta Et ergo secundum quantitatem qua erit corda d z 120 partes Erit linea d b due partes et 34 minuta / Et arcus qui est super eam erit 2 partes et 27 minuta secundum quantitatem qua erit angulus continens triangulum d z b orthogonium 360 partes Quapropter erit angulus d z b due partes et 27 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes Et secundum quantitatem qua sunt quatuor anguli recti 360 partes partis et 14 minuta fere Et illud est ergo diversitas Et quia secundum illas quantitates sunt angulus z t h 30 partes / Erit totus angulus b d g qui est arcus g b orbis signorum 31 partes et 14 minuta

Et secundum similitudinem illius protraham lineam b d et producam super eam perpendicularem [illegible] a / t que sit t l Si ergo nos posuerimus arcum b g orbis signorum qui est angulus t d l notum Et proportio linee d t ad t l nota Et propter illud similiter proportio linee d t ad t z Erit proportio z t ad t l nota Quapropter si fecerimus angulum t z d qui est diversitas Et fecerimus angulum z t d qui est arcus h z orbis centri egredientis Et si nos fecerimus diversitatem notam scilicet angulum t z d Erit propter hoc proportio z t ad t l Et quia in similitudine proportio z t ad t d Erit proportio d t ad t l nota Quapropter erit angulus t d l notus qui est arcus b g orbis signorum Et erit etiam angulus z t h qui est arcus h z orbis centri egredientis

Et similiter in forma predicta cum eius centrum est centrum orbis [illegible] notum signorum et circuli orbis revolventis Separabo arcum a puncto t quod sit longitudo propinquior super que sunt t h Et sit quem adhuc posuimus 30 partes Et protraham duas lineas a h / et d h z / et producam perpendicularem a puncto h super lineam a g que sit h b Et quia erit arcus t h est 30 partes / erit angulus t a h 30 partes secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 60 partes Quapropter arcus qui est super lineam h b circuli continentis triangulum h b a orthogonium erit 60 partes / secundum quantitatem qua est circulus 360 partes Et arcus qui est super lineam a b residuus medietatis circuli erit 120 partes Et erunt corde eorum scilicet corda h b 60 partes Secundum quantitatem qua erit dyameter a h 120 partes / Et corda a b secundum illas quantitates erit 103 partes et 55 minuta Secundum quantitatem ergo qua linea a h erit due partes et 30 minuta Et linea a d que est a centro ad circulum 60 partes / Erit linea h b partis et 15 minuta Et similiter a b due partes et 10 minuta / Et linea b d residua 57 partes et 50 minuta Et quia aggregatum ex multiplicatione earum [illegible] est equale d h in se Erit longitudo d h 57 partes et 51 minuta fere / secundum quantitatem qua sunt linea b h partis et 15 minuta Secundum quantitatem ergo qua erit corda d h 120 partes erit corda h b due partes et 34 minuta Et arcus qui erit super eam due partes et 27 minuta Secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d h b orthogonium 360 partes Quapropter angulus h d b erit due partes et 27 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes Et secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes erit partis una et 14 minuta fere Illud ergo est quantitas diversitatis Et quia secundum quantitatem habet angulus h a b







est 30 partes. Erit totus arcus b h a qui est arcus visus orbis signorum 31 partes et
14 minuta. Et hec est quantitas equationis que debetur orbe centri egredientis.
Et si ex protrahetur perpendicularis a l super lineam a g et sit arcus orbis
signorum notus qui est arcus a h l erit propter hoc proportio a h ad a l nota.
Et posito quod sinus perpendicularis h a ad a d est proportio d a ad a l nota. Quapropter
erit arcus a d b qui est arcus a b notus qui est quantitas diversitatis. Et arcus
h a t qui est arcus t h orbis revolutionis erit ergo notus. Et si nos fe-
cerimus arcum a b qui est quantitas diversitatis notum qui est arcus a d b erit
equaliter proportio perpendicularis d a ad a l. Et quia in sinu sinus perpendicularis d a ad h a
sicut perpendicularis h a ad a l. Quapropter erit arcus a h l qui est arcus visionis
tunc orbis signorum notus. Et arcus t a h qui est arcus t h orbis revolutionis
notus. Ita ergo clarum illud. Capitulum 6m de divisione
tabularum portionum particularium diversitatis motus solis

Postquam sit possibile per hec tamen ponere tabulas ubi sit diversitas pro-
pter quam portiones diversitatis motuum vestigantur et cognoscuntur
eas et dividere ad ea que volumus invenire quantum diversitatis
equatas et divisione eius per sinuosas operationes videmus nobis sufficere. Et hoc
ponere tabulas in quibus sunt quantitates diversitatis opposite arcubus notis medii
equalis propter facilitatem et levitatem illius in invenire seu eas retribuerunt utilitas.
Et propter hoc elegimus ut operemur in divisione et separatione separate per singula
que narravimus modos et computationem sunt que eas complerit ordinatione in lineis mensurate
Et ut ponemus portiones earum in motus medii eiusque arcus portionis diversitatis
dico aut sinum, quod duas quantitates que sunt a duabus partibus longioris longitudinis
solis et stellas alias quas divisimus in portiones equales. Et fiet quelibet portio 6
partes et quelibet 4te duas que sunt a duabus partibus longitudinis propinquioris divi-
simus in 30 portiones equales. Et fiet quelibet portio eas 3es partes. Erit quantitas supplementi
diversitatis que est arcuum que sunt duas quantitates que sunt a duabus partibus longioris
longitudinis propinquioris divisimus in 30 partes equales. Et fiet quelibet pars eas 3es partes.
Erit quantitas supplementi diversitatis que est arcuum que sunt duas quantitates que sunt a duabus
partibus longitudinis ~~propinquioris~~ propinquioris sunt maiores quantitatibus supplementi di-
versitatis que est arcuum equalium eis qui sunt duas quantitates que sunt a duabus partibus
longioris longitudinis. Capitulum 7m de positione tabularum motus

Descripsimus tabulas diversitatis motus solis divisa ea
est et 44 arcus in tribus partibus in duabus autem
primis partibus est numerus preter 360 motus medii et abauge. Et ponam ut 14
arcus prime sint duas quantitates que sunt a duabus partibus longioris longitudinis. Et ponam
ut 30 arcus reliqui sint duas quantitates que sunt a duabus partibus longitudinis propinquioris.
In 3a vero parte erunt portiones diversitatis secundum augmentum et diminutionem omnes
numeros motus medii. Et ita est tabularum lineatio.


Rerum ad ea habuerit s g m 8 24 11

partes motus solis medii:		diversitas motus solis:	
partes	partes	par	minuta
6	354	0	14
12	348	0	38
18	342	0	42
24	336	0	56
30	330	1	9
36	324	1	21
42	318	1	33
48	312	1	43
54	306	1	53
60	300	2	2
66	294	2	8
72	288	2	13
78	282	2	19
84	276	2	22
90	270	2	23
93	267	2	23
96	264	2	23
99	261	2	22
102	258	2	21
105	255	2	19
108	252	2	18
111	249	2	16
114	246	2	13
117	243	2	10
120	240	2	7
123	237	2	3
126	234	1	59
129	231	1	54
132	228	1	49
135	225	1	44
138	222	1	39
141	219	1	33
144	216	1	27
147	213	1	21
150	210	1	14
153	207	1	7
156	204	1	0
159	201	0	54
162	198	0	46
165	195	0	39
168	192	0	31
171	189	0	23
174	186	0	15
177	183	0	8
180	180	0	0

Capitulum octavum de scientia loci solis
ex cursu medio

Postquam iam remansit capitulum
locorum solis per motum eius
medium cum inquisitione
diversitatis motuum eius.
Dicam hic demonstrationem illius
et operationem in omnibus eius cum sole et
stellis aliis posteriores mas subtilis
et veras in motibus eorum. Et incipiam in hoc
apud regem nabuchodonosor cum motibus que
in demonstrationibus plurimum usus quod apud nos
pervenit considerationibus memorie quantitatis
antiquis non est mensura ubi hoc tempore. Et ostendam
adhuc exemplum circulum cuius centrum sit
centrum orbis signorum super quod sunt a b g
super centrum d. Et circulum orbis centri egredientis
qui est solis super quem sunt e z h super centrum
t. Et diametrum que transit per duo centra
et super punctum e quod est longitudo longior super
quod sunt e a h g. Et sit punctum b orbis
signorum punctum autumpnale. Et protraham duas
lineas b z t et z t. Et producam lineam z d
et protraham super eam perpendiculare a puncto t que
sit t k. Et quia punctum b est primum libre
et punctum g est longitudo propinquior et est super
9 partes et medietatem partis sagittarii erit arcus
b g 64 partes et 30 minuta. Et arcus b d g
qui est equalis arcui t d k erit 64 partes et 30
minuta secundum quantitatem qua 4or anguli recti sunt 360
partes. Et secundum quantitatem qua erunt duo anguli
recti 360 partes erit 131 partes. Quapropter
erit arcus qui est super lineam t k 131
partes secundum quantitatem qua erit circulus continens
angulum t d k orthogonium 360 partes. Et
eius corda que est t k 109 partes et 12 minuta
secundum quantitatem qua 120 que erit linea d t 4 partes
et corda z t 120 partes. Erit linea t k
4 partes et 33 minuta. Et arcus qui est super eam 4
partes et 20 minuta secundum quantitatem qua erit circulus
continens angulum orthogonium z t k 360 partes.
Quapropter erit angulus k z d 4 partes et 20 minuta

d t 120
d t 4
t k 109 12 (?)



scimus quod tempus quod fuit duo anni solis 360 partes Et propter quod secundum quantitatem anni
solis 360 partes erunt 2 partes et 10 minuta Et propter hoc erit anni 3 dies 5 et 14 partes et 30 minuta
similiter ergo erit 3 reliquus qui est zodiaci orbis celi circuli est 63 partes et 20 minuta
Cum ergo sol fuit in equalitate autumpnali fuit ipse precedet longitudinem longiorem que est
in partibus et minutis post sagittarium proiectio sui medii 63 partes et 20 minuta Et
elongatur a longitudine longiore que est in partibus et minutis post geminos proiectio sui medii
secundum gemmitatem signorum 116 partibus et 40 minutis Et propter observationem hoc quod una ex
hiis observationibus subtilissima et verissima fuit equalitas que fuit autumpnalis in 17 annis
Adriani in die 20 mensis athur qui est unus mensium egiptiorum propter medium
diei per duas horas fere equales fuit inventum in quo sol in ea hora proiectio sui
medii fuit elongatio a longitudine longiore in orbe celi circuli sui gemmitate
signorum 116 partes et 40 minuta Et aggregantur anni qui fuerunt apud regnum nabuchodonosor
usque ad mortem allexandri 424 anni egiptii Et a morte allexandri usque
ad primum regni augusti 294 anni Et a primo primi anni regni augusti egiptios
quod fuit dies mensis thoz in media die eo quod certo stellas incipit a
media die usque ad 17 annos Adriani et adde 7 mensis athur qui est unus
mensis egiptiorum propter media die per duas horas equales fuit 161 anni et 66 dies
et due hore equales Ergo a primo primi anni nabuchodonosor egiptios quod fuit in primo
mensis thoz in media die usque ad horam in qua fuit hoc equalitas au-
tumpnalis aggregantur anni egiptii 879 et 66 dies et due hore equales Et erit
motus solis medius in hoc tempore equalis propter perfectionem revolutionum integrarum 211
partes et 24 minuta fere Cum ergo nos addiderimus super partes longitudinis solis a longitudine longiore
in qua fuit in equalitate autumpnali scilicet 116 partes et 40 minuta 360 partes revo-
lutionis unius Et proiecerimus ex eo quod aggregatur ex eis 211 partes et 24 minuta quod fuit super
primum quod est inter duo tempora remanebunt loci motus solis medii in primo primi
anni nabuchodonosor in primo die mensis thoz qui est unus mensium egiptiorum et in media
die longitudo a longitudine longiore sui gemmitate signorum proiectio sui medii 265
partes et 17 minuta Et illud erit in 41 minuta prius post piscem et loci eius

Capitulum nonum de computatione solis et proiectionis certitudinis

Quotiens voluerimus scire locum solis in omnibus temporibus quesito assumemus
quod aggregatur ex tempore loci solis usque ad primum quesitum per horas allexa-
ndrie et mittemus illud in tabulis motus medii et accipiemus
partes que opponuntur portioni cuius tabule medie et aggregabimus eas cum partibus
loci solis 265 partibus et 17 minutis Et proiciemus ex eo quod inde aggregabitur revo-
lutiones integras quod ergo remanebit ex partibus proiciemus ex loco in pace et minutis
post geminos qui est longitudinis longioris sui gemmitate signorum Et ubi perveniet nu-
merus ibi dicemus solis locum proiectio cuius medii Deinde assumemus etiam
numerum qui est tempus quod est a longitudine longiore usque ad locum solis proiectio cuius medii
et mittemus ipsum in tabulas diversitatis solis Et assumemus partes que opponuntur
illi numero in area 3 Cum ergo ceciderit numerus in area prima quod erit eo fuerit ab
uno usque ad 180 proiciemus eas ex loco solis proiectio eius medii Et cum ceciderit
numerus in area 2 quod est cum transierit 180 addemus illud super locum solis proiectio
cuius medii et ita proiciemus locum solis secundum certitudinem et visionem etc.

Thimocarus fecit quod ista genus ... ab ... anno 460
Aarch ... anno ... nabuchodonosor 622
Et ... 840 ... et ...

qui a loco longitudinis longioris usque ad primum libre sunt 114
partes et 30 minuta et tunc addunt 2 partes et 10 minuta quibus differt
motus ... a motu medio ... motus ... ad

— cum philippi
... philippi

... additio ... super 64 partes et 30 minuta et ... loci solis ...

Capitulum 10 de cognitione differentie scilicet que est inter diem unum et noctem eius
Et diem unum alterum et noctem suam etc.

Quod autem videtur in sole plurimo plurimorum est cuius quod narravimus
et sequitur illud ut addamus super ipsum hoc paucissimum verbis quod
est nos permittere de diversitate dierum cum noctibus suis scilicet diversitate
que est inter diem unum cum nocte sua Et diem unum alterum cum nocte
sua propter hoc quod quando narravimus de motu medio ad sunt relatio nisi secundum
simplicitatem equalem ac si dies cum noctibus suis essent equales equalium temporum non autem
videtur ita Ea vero in notum nobis quod revolutio totius non est nisi super equale
super duos polos equales diei Cumque dies primus sit a puncto et reditus ad ipsum a
circulis orizontis aut orbe medii diei Manifestum est ergo quod revolutio totius una est cuius
secundum est ab aliquo puncto equalis diei quod fit in linea orbis orizontis aut linea
orbis medii diei donec redeat illud punctum ad ipsum Et similiter unus dies et nox equales
secundum sermonem absolutum Est tempus cuius principium est ab incepto solis a puncto orizontis
aut orbis medii diei usque ad reversionem solis ad illud punctum Equalis erit unus dies
mediusque cum nocte sua tempus in quo elevatur ab orbe orizontis aut orbe medii diei
tempora equalia diei 360 omnia que sunt revolutio unius et augmentum eius quod elevatur
circa cum 59 minutis que sunt de motu medio solis cum orbe circuli quod est qui fuit solis
medius in die una Dies vero diversus unus cum nocte sua est tempus in quo elevatur
ab orbe orizontis aut orbe medii diei tempora equalia diei 360 omnia que est revolutio
unius et augmentum quod elevatur cum partibus sui solis diversus in die una cum nocte
sua ergo [...] equalis addita super 360 tempora necesse erit diversa non equalia propter duas
causas quarum una est quod videtur de diversitate motus solis Et alia quod portiones orbis
signorum equales non elevantur ab orizonte neque transeunt circulum meridiei cum temporibus
equalibus. Diversitas autem que est inter unum medium diem et diem unum diversum que est propter istas duas
causas erit in die una cum nocte sua non sensibilis. Cum vero aggregantur in diebus pluribus
cum noctibus suis est sensibilis et manifesta plurimum autem diversitatis dierum que est propter diversitatem mo-
tus solis medii non est nisi in duabus medietatibus orbis quarum una est inter longitudinem mediam
mediam in quibus est motus solis medius Cum est propter illud quod est inter illud
quod aggregatur ex temporibus dierum diversorum cum noctibus suis et inter illud quod aggregatur
ex temporibus dierum mediorum cum noctibus suis erunt 4 tempora et medietas et 4 temporis
fere si addita super ea et diminuta ab eis tempora autem que sunt inter augmentum propter
medium et diminutionem ab eo sunt duplum illius quod est novem tempora et dimidium temporis
propter hoc quod quod videtur de diversitate solis diversi cum fuerit in medietate in qua est longitudo
longior erit diminuto 4 tempora et medietas et 4 temporis Et cum fuerit in medietate orbis
in qua est longitudo propinquior erit augmentum 4 tempora et medietas et 4 temporis Plurimum
autem diversitatis dierum que est propter diversitatem eas que elevantur et occidunt non erit nisi
in omnibus duabus medietatibus orbis signorum diversitas namque que est inter tempora equalia
diei que elevantur cum omnibus illis duabus medietatibus Et inter illud quod videtur de
est mensis Egyptiorum mane diei 19 hora matutinali stellam Mercurii cum instrumento stellarum et ipsa in longitudine maiore fuit visa subtilis occulta et visa fuit predicto foramine [?] quam consideravimus eam cum stella aldebaran in 18 partibus et medietate et 4 partis in longitudine tauri. Sed in hoc tempore fuit locus cursus solis medii 10 partes geminorum. Fuit ergo hic etiam longitudo eius maior matutinalis a cursu solis medio equalis illis partibus scilicet 21 partibus et quarte partis. Et quia cursus stelle medius fuit in una consideratione in 9 partibus et medietate et 4 partis arietis et in consideratione altera in 10 partibus geminorum et punctum quod est inter has duas considerationes de puncto orbis medii signorum est super partem 10 arietis diminuta octava parte unius, ergo super hunc locum fuit tunc diametrus que transit super longitudinem longiorem. Et etiam consideravimus in anno primo annorum Anthonii 20 diebus preteritis de mense Athyr qui est secundum menses Egyptiorum in nocte qua sequitur dies 21 hora vespertina stellam Mercurii cum instrumento stellarum apud maiorem longitudinem eius que fuit a cursu solis medio et fuit visa secundum predictum foramen quod consideravimus eam cum stella cordis leonis in 7 partibus cancri in longitudine. Sed in hoc tempore fuit locus solis cursus medii in 10 partibus et medietate partis geminorum. Fuit ergo longitudo eius vespertina a cursu solis medio 26 partes et medietas partis. Et similiter etiam consideravimus in anno 4 annorum Anthonii 18 diebus preteritis mensis Phamenoth qui est secundum menses Egyptiorum in matutino noctis quam sequitur dies 19 hora matutinali stellam Mercurii cum instrumento stellarum et ipsa erat in longitudine sua maiore. Fuit ergo tunc visa secundum predictum foramen quod consideravimus eam cum stella antecedente [?] in 13 partibus et medietate partis capricorni. Sed in hoc tempore fuit locus cursus solis medii in 10 partibus aquarii. Ergo hic etiam longitudo maior matutinalis a cursu solis medio equalis illis partibus scilicet 26 partibus et medietate partis. Et quia fuit in una duarum considerationum cursus stelle medius in 10 partibus et medietate partis geminorum et in consideratione altera in 10 partibus aquarii et punctum quod est inter eas de medio orbis signorum est in 10 partibus et 4 partis libre, ergo super hunc locum fuit tunc diametrus que transit super longitudinem longiorem. Ex istis autem considerationibus invenimus longitudinem super 10 quinque partes arietis et super 10 partes libre fere. Sed ex considerationibus antiquis in quibus fuerunt longitudines maiores invenimus eam in 7 partibus horum duorum signorum. Secundum id potest quod volumus ut meditemur in hoc et in eius sequenti ex eo quod diximus ante. In anno namque 23 secundum quod dixit Dionysius 21 die transacto mensis Scorpion fuit longitudo Mercurii in matutino a stella vehementer luminosa que est orientalis in capricorno et eius longitudo ad finem est quantitas trium diametrorum lunarium. Et fuit in illa hora locus huius stelle fixe secundum principium nostrum scilicet quod sit a puncto duarum tropicarum et duarum equalitatum in 22 partibus et 3 partis capricorni. Et manifestum est quod secundum quantitatem illius longitudinis fuit locus stelle Mercurii et fuit locus solis medius 18 partes et 6 partis aquarii. Tempus namque quod fuit in anno 486 annorum Nabuchodonosor 17 die transacto mensis Thoth qui est secundum menses Egyptiorum in matutino diei 18 eius diei et fuit longitudo maior matutinalis a loco solis medio 24 partes et medietas et 3 partis. Et nos non invenimus secundum veritatem longitudinem magnam vespertinam equalem huic longitudini in aliqua consideratione que pervenerunt ad nos. Nos tamen invenimus longitudinem equalem huic longitudini per duas considerationes fere secundum hunc modum quem narro. In hoc namque anno 23 secundum Dionysium in die 4to mensis Taurion hora noctis prima fuit in linea recta cursus predicti cornu tauri diminuta cum tribus diametris lunaribus et iam transibat cursum eius et longitudo eius alia ab occidente fuit maior tribus diametris lunaribus. Et fuit locus eius secundum principium nostrum in 23 partibus et duabus tertiis partis tauri. Et fuit tempus illud in anno 486 annorum Nabuchodonosor in mense Phamenoth apud Egyptios in vespere diei primi eius ante primam noctem. Et fuit locus solis medius 29 partes et medietas [?]

parte arietis. Ergo fuit longitudo maior vespertina a medio 24 partes et sexta pars. Et in anno 23 secundum Simonem dominum in die 1mo mensis germinalis fuit stella mercurii super rectitudinem cum duobus capitibus geminorum. Et fuit longitudo eius a medio circulo meridiano quantitas 3a continet luna minor duplo longitudinis quod est inter caput geminorum. Et fuit tunc locus stelle mercurii tunc secundum principia nostra in 29 partibus et 3a parte geminorum. Et hoc tempus fuit in anno 491 annorum nabuchodonosor 4 diebus transactis mensis pharmuthi de mensibus egiptiorum in vespere matutino quando fuit dicta 6ta hora noctis primo. Et fuit locus solis medius due partes et medietas et 3a parte geminorum. Fuit ergo longitudo 26 partes et medietas partis. Et quia cursus medius fuit in ariete 29 partes et medietas partis. Et fuit longitudo 24 partes et sexta pars et in geminis quando fuit cursus medius due partes et medietas et 3a parte. Et fuit longitudo maior 26 partes et medietas partis. Et fuit longitudo matutinalis 27 partes et medietas et 3a parte quam nos invenimus parte applicationis. Tunc nos invenimus ut sit longitudo vespertina 21 partes et medietas et 3a parte. Medietas supplementi que est in eo quod est inter duas consideraciones positas equalem eam ut sit longitudo que est inter duos cursus maiores in una ex duabus consideracionibus 33 partes et 3a parte et supplementum quod est inter duas longitudines maiores due partes et 3a parte. Incipiam ergo ex 33 partibus et 3a parte quantitatem quantitas partis et duas tercias partis que supplementum quod est inter 24 et medietatem et 3am partem. Et inter 24 et 6tam partem de duabus partibus et 3a parte que fuit supplementum quod est inter duas longitudines maiores. Invenimus ergo illud 24 partes fere quas cum addiderimus super 29 partes et medietatem partis arietis invenimus cursum medium in quo erit longitudo maior vespertina equalis matutinali 27 partes et medietas partis et 3a parte et erit illud in 23 partibus et medietate partis tauri. Et erit punctus medius inter 18 partes et 6tam partem aquarii et inter 23 partes et medietatem partis que sunt tauri in 7 partibus et medietate et 3a parte arietis. Et etiam in anno 24 annorum dominorum 18 diebus transactis mensis leonis hora vespertina fuit mercurius secundum stellas astrimechi alahazel ad septentrionem signa. Ideo quod preparant abrachis plus 3bus partibus parum. Ergo fuit locus eius tunc secundum principia nostra in 19 partibus et medietate partis virginis. Et hoc tempus fuit 486o annorum nabuchodonosor 13 die mensis thoth que est unus ex mensibus egiptiorum. Et fuit in illa hora cursus solis medius in 27 partibus et medietate et 3a parte leonis. Fuit ergo longitudo maior vespertina a cursu medio 21 partes et due 3e partes. Et est longitudo quam invenimus parte applicationis matutinalis secundum veritatem et etiam secundum duas consideraciones positas quarum una fuit in anno 74 annorum caldeorum 14 die tisrim posterioris stella mercurii orientalis super lancem libre meridionalem secundum quantitatem cubiti et medietatis cubiti. Fuit ergo locus eius tunc secundum principia nostra in 14 partibus et sexta parte libre et hoc tempus est annorum 512 annorum nabuchodonosor 9 diebus transactis mensis thoth in matutino dici 10mi ante diem. Et fuit in illa hora locus solis medius 4 partes et sexta pars scorpionis. Fuit ergo longitudo maior matutinalis 21 partes. Altera vero consideracio fuit in anno 67 annorum caldeorum 4 diebus transactis thyemi primi. Et fuit stella orientalis super frontem scorpionis ad partem septentrionalem secundum quantitatem cubiti et medietatis cubiti. Et fuit tunc locus eius in duabus partibus et 3a parte scorpionis. Et fuit hoc tempus annorum 404 annorum nabuchodonosor 29 diebus transactis mensis tunc ex mensibus egiptiorum in matutino dici 28 ante mane. Et fuit locus solis medius tunc 24 partes et medietas et 3a parte scorpionis. Fuit ergo etiam longitudo maior 22 partes et medietas partis. Et quia etiam in hiis duabus consideracionibus equalem ut sit quod est inter cursus solis medios 19 partes et due 3e partes. Et supplementum quod est inter duas longitudines maiores est pars et medietas partis. Hoc ergo accipiemus ex 19 partibus

et duabus terciis partis que fuit supplementum quod est inter duas longitudines maiores est pars et medietas transitus mediorum. Quanto est quantitas duarum terciarum partis que est supplementum quod est inter 21 partes et duas tercias partis et inter 21 partes et sextam partem et medietatem partis que est supplementum quod est inter duas longitudines maiores. Invenimus ergo illud in 9 partibus fere. Quas cum addiderimus super 4 partes et 6tam partem que fuit scorpionis invenimus cursum medium in quo fuit longitudo maior matutinalis equalis alii longitudini vespertine que est 21 partes et due 3e partes. Et locus eius 14 partes et 6ta pars scorpionis. Et erit etiam punctus qui est inter cursum medium inter 27 et medietatem et 3am partem leonis et inter 14 partes et 6tam partem que est scorpionis in 6 partibus libre fere. Ecce ergo quod diximus et ecce quod videmus de contrapositionibus in 6 partibus libre fere. Ecce ergo quod diximus et ecce quod videmus de contrapositione que est in stellis aliis et invenimus eas invenimus in stellis erraticis. Diversa que est in stellis aliis et videmus eas invenimus in stellis erraticis circulos eccentricos qui transeunt super longitudinem longiorem et propinquiorem motu locali ad successionem signorum super centrum orbis signorum. Et quia tempus huius localis motus est equale tempori loci motus qui est stellarum fixarum quia motus illius ecce quod preparavimus ex locali motu stellarum fixarum, qui motus illius ecce quod preparavimus est in 100 annis pars una fere. Hoc ergo est tempus quod est ex consideracionibus antiquis in quibus fuit longitudo mercurii longior in 6 partibus et est in tempore consideracionum nostrarum in quibus fuit motus eius 4 partes fere, quia quod fuit inter duo tempora est 400 anni.

Capitulum 8m in demonstracione quod stella mercurii est in longitudine propinquiori in una revolucione duabus vicibus

Et post illud quod diximus inquirimus quantitatem longitudinis minoris que fuit cum sol fuit in veritate loci longitudinis longioris et que est stellarum et etiam cum fuit in longitudine eius propinquiore. Et illud que est stellarum et etiam in consideracionibus antiquis et nostris reperimus ipsum minus ex eo quod non reperimus in consideracionibus et nostris quod consideramus propinquitatem stellarum et tunc declaracionem apparenti consideracionibus nostris quod consideramus propinquitatem stellarum et tunc declaracionem apparenti. In modo sapientis consideracio propter ipsum quando non videatur. Ideo quod contingit de stellis non possit consideracionem aliquam stellarum quarum possit scire locum et illud plurimum est quod accidit in stella mercurii. Propterea quod non est possibile ut videatur plurimum stellarum fixarum et longitudine stella mercurii nisi in raro tempore propinquitatis. Ergo in stellis scilicet que est equalis longitudinis mercurii possibile comprehendere loca stellarum certarum secundum veritatem quando videntur plurime longitudinis et possibile comprehendere loca stellarum certarum secundum veritatem in longitudine et latitudine. Consideravimus ergo stellam mercurii in anno 19 annorum adriani in 14 die mensis athur ex mensibus egiptiorum in matutino die 17 eius fuit mercurius in longitudine maiore longiore et fuit consideratus propinquitate cum stella cordis leonis. Fuit ergo visus orientalis 20 partibus et 4 partes virginis. Et fuit sol secundum cursum medium 9 partes et 4 parte libre. Fuit ergo longitudo maior 19 partes et 20 partes. Item in illo anno autem in 19 die mensis iatur ex mensibus egiptiorum vespertina. Fuit mercurius etiam in longitudine longiore propinquitate cum instrumento cum stella aldebaran lucida et locus eius 4 partes et 3a pars tauri. Et locus solis propinquus fuit medium 11 partes et 12 partes arietis. Fuit ergo longitudo autem 23 partes et 4. Et ex hoc declaratur quod longitudo longioris locus orbis eccentrici non est nisi in libra et non in ariete. Et preparamus sicut quod diximus. Describam diametrum super longitudinem longiorem super quam sint a b g et sit in ea centrum orbis signorum quod est aspectus visum super quod sit punctus b. Et super 10 partes libre sit punctus a. Et super 10 partes arietis sit punctus g. Et describam duos orbes revolucionis equales super duo puncta a et g super unum quorum sit d et super alterum e et producam duas lineas a puncto b contingentes eas que sint b d et b e. Et producam a duabus centris ad duo loca contactus duas lineas a d et g e. Et quia longitudo maior matutinalis que est in libra fuit considerata a cursu




medio 19 partes et 2/3 partis. erit angulus a b d 19 partes et 3 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli 360 partes erit 38 partes 6 minuta. Quare erit arcus qui est super lineam a d 38 partes et 6 minuta secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum a b d orthogonium 360 partes. et erit corda eius que est a d 19 partes et 9 minuta fere secundum quantitatem qua est dyameter a b 120 partes. Et quia longitudo maior vespertina considerata a cursu medio fuit 23 partes et 1/4 partis. Erit angulus g b e 23 partes et 15 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 46 partes et medietas. Quare erit arcus qui est super lineam g e 46 partes et 30 minuta secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum g b e orthogonium 360. Et erit corda eius que est g e 47 partes 22 minuta secundum quantitatem qua est dyameter g b 120 partes. Secundum quantitatem ergo qua est linea g e 47 partes 22 minuta et linea a d 39 partes et 9 minuta et linea a b 120 partes. propterea quod linea a d est equalis linee g e que est a centro orbis revolucionis. Erit linea b g 99 partes et 9 minuta. Et fit tota linea a g 219 partes et 9 minuta. Cum ergo divisa fuerit in duo media super punctum 3. erit linea a 3 que est medietas 109 partes et 34 minuta. ergo linea que est inter punctum b. et inter punctum 3 est 10 partes 27 minuta. Et illud est quod voluimus.

Et manifestum est quod punctum 3 est centrum orbis egredientis centri super quem est orbis revolucionis. quoniam contingit ut sit revolucio centri circuli quod diximus super ipsum. Tota enim tantum erit longitudo centri orbis revolucionis a puncto 3 est equalis quemadmodum declaratum est in comparacione duarum stacionum positarum oppositarum in forma. Cum ergo punctum ipsum 3 centrum orbis centri egredientis super quem est centrum orbis revolucionis ... orbis qui est orbis centri egredientis fuerit et fuerit locus arietis propinquior loco adeo quod linea b g est breviorum omnium linearum que protrahuntur a puncto b ad orbem circumdatum super punctum 3. Non autem inveni locum arietis propinquiorem loco ... sed locus geminorum et aquarii est propinquior ... loco arietis. Et hoc fuit propinquum ... ut fuit ... Manifestum est ergo quod revolucio centri orbis centri egredientis ... que diximus est super punctum 3 contra revolucionem orbis revolucionis secundum successionem signorum vice una in revolucione una. et quod centrum orbis revolucionis in hac revolucione una fit in longitudine propinquiori duabus vicibus. Et declarabitur nobis quod orbis revolucionis cum fuerit in geminis et aquario erit locus eius propinquior terre loco arietis ex eo quod premissum est de consideracionibus. In hac namque consideracione que fuit in anno 16 adriani 16 die mensis phemenoth fuit longitudo maior vespertina a cursu medio 21 partes et 1/4 parte. Et in consideracione que fuit in 4 anno anthonii 19 die mensis phemenoth ex mensibus egipciorum fuit longitudo maior matutina a medio 26 partes et medietas partis et fuit locus solis in motu suo medio in ambabus consideracionibus 10 partes aquarii. Fuit ergo in consideracione que fuit in 18 anno adriani 19 die mensis athira longitudo maior matutina a medio 21 partes et 1/4 parte. Et fuit in consideracione que fuit in anno primo anthonii 20 die mensis athira longitudo maior vespertina a cursu medio 26 partes et medietas partis. Et fuit solis in motu suo medio in hiis ambabus consideracionibus in 10 partibus geminorum. Cum ergo aggregaverimus duas longitudines duarum diversitatum in aquario et in geminis erit 47 partes et medietas et 1/4 partis. Et ambe longitudines que sunt in ariete iam fuit ... 46 partes et medietas partis. quia longitudo matutina fuit equalis vespertine. Et eius summa secundum quod invenimus per consideracionem est 23 partes et quarta partis


Capitulum 9m in sciencia proporcionis quantitatis maginis diversitatis lune


Post illud vero quod premissum est super eum ut demonstremus super quod punctum linee a b erit descensio orbis revolucionis in duo ad successiones signorum secundum cursum medium, et quanta sit longitudo centri orbis egredientis centri cuius centrum est in adiunccione signorum cum hac descensione ... revolucione orbis revolucionis a puncto 3. Assumimus autem in hac inquisicione duas revoluciones orbis revolucionis. Duas longitudines maiores matutinas vespertine longitudo circuli centrum considerate. duarum longitudinum ... sit 4 circuli ... longe ... et locus ... in quo est plurima magis sit ... diversitate ... in orbe revolucionis. In anno autem 14 adriani 18 die mensis ... vespertina sicut invenimus in consideracionibus que fuerunt Theonis ... invenimus plurimum longitudinis eius a sole ... a stella cordis leonis ... partibus et medietate et 1/3 partis. Fuit ergo locus eius secundum visum super 6 partes et ... partis leonis. Et fuit tunc locus solis in motu suo medio 10 partes et medietas et 1/3 partis cancri. Fuit ergo longitudo maior vespertina 20 partes et 1/4 partis. Et consideravimus nos longitudinem eius maiorem cum instrumento stellarum in anno 2o anthonii 21 die mensis mesore ante mane. Et consideravimus ipsum cum stella aldebaran lucida. et invenimus locum eius 20 partes et medietatem 6te partis geminorum. Et fuit sol in motu suo medio tunc in 10 partibus et 1/3 partis cancri. Fuit ergo maior tunc matutina 20 partes et 1/4 partis. Et propterea firmavimus hoc. Sit dyameter transiens per 10 partes libre et arietis super quam sunt a 3 b g. Et sit sol in forma que erit in ista puncto. punctum a locus super quem est centrum orbis revolucionis cum est in 10 partibus libre. et punctum g locus super quem est centrum orbis revolucionis cum fuerit in 10 partibus arietis. et sit punctum b centrum orbis signorum. Et punctum 3 super quod movetur localiter centrum orbis centri egredientis contra successionem signorum. et inquiramus primum ut inveniamus quanta sit longitudo centri super quod est motus localis qui est orbis revolucionis ad successionem signorum a puncto b. et sit illud centrum punctum h et protraham a puncto h secundum angulum rectum super lineam a g. ut sit eius longitudo a loco longitudinis 4 circuli. Et firmabo in hac linea centrum orbis revolucionis quod fuit in hiis duabus consideracionibus positum super quod sit punctum t. quia longitudo eius ex a loco est 4 circuli. Et fuit sol in cursu suo medio in 10 partibus cancri. Et describam super punctum t orbem revolucionis super quem sunt e l. et protraham a puncto b duas lineas contingentes ipsum que sunt b e et b l. Et producam lineas t e et t l. Et quia super hunc cursum medium positum fuit longitudo maior matutina a medio 20 partes et 1/4 partis. Et longitudo maior vespertina 26 partes et 1/4 partis. erit angulus e b l 46 partes 30 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. et erit medietas eius que est angulus e b t 46 partes 30 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Erit ergo arcus qui est super lineam t e 46 partes et 30 minuta secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum b t e orthogonium 360 partes. Et erit eius corda que est t e 47 partes 22 minuta secundum quantitatem qua est dyameter b t 120 partes. Ergo secundum quantitatem qua est linea t e que est medietas dyametri orbis revolucionis 39 partes et 9 minuta. et linea b 3 secundum quod ostensum est est 10 partes et 27 minuta. Erit linea b t 99 partes et 9 minuta. Et quia augmentum vincit hoc duarum longitudinum super alteram est 6 partes. continebit duabus vicibus diversitatem que est propter orbem ... et hanc diversitatem continet angulus b t h. tunc quia hanc diversitatem ... erit angulus b t h 3 partes secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 6 partes. Quare erit arcus



que est super lineam b k 6 partes secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum orthogonium b k h 360 partes. Et erit eius corda que est b h 6 partes 17 minuta secundum quantitatem qua erit dyameter b t 120 partes. Ergo secundum quantitatem qua est linea b t 99 partes et 9 minuta et linea b z 10 partes 24 minuta, erit linea b h 1 pars 12 minuta. Ergo linea b h est medietas linee b z fere secundum quantitatem qua est medietas dyametri orbis revolutionis 39 partes et 9 minuta. Et hoc est quod optinui declarare.

Cum autem protracta fuerit in hac forma linea super punctum z equidistans linee h t secundum [illegible] linee a h super quam sunt z m n, manifestum est ergo quod erit super ipsam centrum orbis egredientis super quem erit centrum orbis revolutionis propter equalitatem duarum temporum revolutionis que est equalis linee k t linee z n partis. Et sit linea z a equalis linee z n donec sit unaqueque duarum linearum z n et a z composita ex medietate dyametri orbis centri egredientis et ex eo quod est inter duo centra, centrum orbis centri egredientis et centrum puncti z. Et sit nota centri orbis centri egredientis super quam est punctum m. Et protraham lineam z t. Et quia angulus n z h est rectus et angulus t z h parvus dimissus a recto fere, ita ut linea n z t fortasse non sufficit quin sit linea recta. Et iam ostensum est quod secundum quantitatem qua est medietas dyametri orbis revolutionis 39 partes et 9 minuta, erit linea z n que est equalis a z 103 partes et 34 minuta. Et linea t z que est equalis linee t b 99 partes et 9 minuta, tunc erit tota linea n z t 208 partes et 43 minuta. Et erit medietas illius que est linea n m et medietas dyametri orbis centri egredientis 104 partes et 22 minuta fere. Et linea z m que est id quod est inter duo centra et est linea z m 1 pars et 12 minuta. Et secundum illam quantitatem declarabitur quod unaqueque duarum linearum b h et h z est 1 pars et 12 minuta. Iam ergo aggregatum est ut secundum quantitatem qua est medietas orbis centri egredientis 104 partes et 22 minuta sit unaqueque earum que sunt inter duo centra 1 pars 12 minuta, sit dyameter orbis revolutionis 39 partes et 9 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est medietas dyametri orbis centri egredientis 60 partes, erit unaqueque duarum linearum que sunt inter duo centra [illegible] partes et [illegible]. Et erit medietas dyametri orbis revolutionis 22 partes et 30 minuta. Et istud est quod optinui declarare.






Postquam ergo iam affirmatum est hoc secundum quod diximus, erit longitudo maior que fit in longitudine propinquiore quantitatis ei quod fuit in consideracionibus, scilicet cum fuit cursus medius in 10 partibus arietis et geminorum. Et fuit longitudo a longitudine longiore latus trianguli [illegible], ceteri orbis revolutionis 47 partes et medietas et 4 fere, et ita fecimus illud. Describam dyametrum super longitudine longiore super qua sunt a b g d e, et sit punctum a super dyametrum locus longitudinis longioris, et punctum b locus super quem revolvitur centrum orbis egredientis centri in motu suo locali contra successionem signorum, et punctum g locus super quem revolvitur centrum orbis revolutionis puncto suo locali ad successionem signorum, et punctum d centrum orbis signorum. Et ponam duos motus secundum equalitatem [illegible] et in duobus temporibus ad quantitatem longitudinis longitudinis quod est punctum a ad latus z. Et sit linea que revolvitur orbe revolutionis g z, et ea que revolvitur centrum orbis egredientis centri linea b h. Et sit centrum orbis egredientis centri punctum k, et centrum orbis revolutionis punctum z. Et describam super ipsum orbem revolutionis, et protraham duas lineas d t et d k contingentes orbem revolutionis, et protraham lineam g k et d z et z t et z k, et protraham a d ad lineam g z perpendicularem super ipsam que sit perpendicularis d l, et ostendam quod angulus t d k est 47 partes et medietas et 4 partis secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et quia unusquisque duorum angulorum a b h et a g l [illegible] latus trianguli et est 120 partes secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 180 partes, ergo unusquisque duorum angulorum k b g et d g l est 60 partes secundum illam quantitatem

d z angulus b g h est equalis angulo b h g, quia linea b g est equalis linee b h, et quia minuitur complemento duorum rectorum et est 120 partes, unusquisque ergo illorum est 60 partes secundum illam quantitatem. Triangulus ergo b k g est equalium laterum et equalium angulorum. Et angulus d g l est equalis angulo b g h. Puncta ergo h g l sunt linea recta. Cum ergo erit linea k z que est medietas dyametri orbis orbis egredientis centri 60 partes, secundum quantitatem qua est g k equalis linee g d que est inter duo centra 3 partes et dyametri ut sit linea g z secundum illam quantitatem 47 partes. Et quia angulus d g l est 60 partes secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes, et secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes est 120 partes, tunc erit arcus qui est super lineam d l 120 partes secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum orthogonium g d l 360 partes. Et arcus qui est super lineam g l reliquum complementi medietatis circuli 60 partes. Et erit corda d l 103 partes et 55 minuta secundum quantitatem qua est dyameter circuli g d 120 partes. Et erit corda g l secundum illam quantitatem 60 partes. Cum ergo secundum quantitatem qua est g d 3 partes et linea g z 47 partes, erit linea d l due partes et 36 minuta, et linea g l secundum illam quantitatem erit pars una et 30 minuta, et linea l z residua erit 45 partes et 30 minuta. Et quia ex quadratis l z et d l cum aggregantur est quadratum d z, erit linea d z 45 partes et 34 minuta secundum quantitatem qua est medietas dyametri orbis egredientis centri 60 partes, et unaqueque duarum linearum z t et z k est 22 partes et 30 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est corda d z 120 partes, erit unaqueque duarum linearum z t et z k 48 partes et 34 minuta. Et unusquisque duorum angulorum z d t et z d k erit 47 partes et 46 minuta secundum illam quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Cum ergo erit totus angulus t d k secundum illam quantitatem 47 partes et 46 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes, et illud est quod volui demonstrare.

Capitulum 10m in equatione motuum revolubilium Mercurii.


Post illud autem quod diximus sequitur ut equemus motum revolutionum Mercurii et loca eius. Motus autem longitudinis quos revolvit orbis revolutionis eius equaliter super punctum [illegible] notum ex motu [illegible], scilicet quos revolvit stella in orbe revolutionis super centrum suum, et motus diversitatis accepimus ex duabus consideracionibus in quibus non est dubitacio, quarum unam fecimus nos et alteram ex consideratoribus antiquis accepimus. Nos vero consideravimus stellam Mercurii in anno 2° Antonini qui fuit annus 886 annorum Nabuchodonosor, [illegible] diebus [illegible] mensis Athir [illegible] in nocte quam sequitur dies eius 3°. Et consideravimus ipsam per instrumentum stellarum et non provenit longitudo eius ad longitudinem maiorem vespertinam. Et consideravimus ipsam cum stella cordis leonis, et invenimus locum eius 17 partes et medietatem partis geminorum. Et fuit tunc locus eius equalis super centrum lune parte et 6a parte. Et fuit illud tempus in Alexandria in medietate noctis future, cuius mane fuit dies 3, 4 hore et medietas hore equalis. Secundum medium celi fuit per instrumentum stellarum 12 partes virginis. Et fuit sol in 23 partibus tauri. In hac autem hora fuit locus cursus solis medii secundum modos quos demonstravimus 22 partes et 34 minuta tauri. Et fuit locus lune cursus medii 12 partes et 14 minuta geminorum. Et fuit locus diversitatis que est a longitudine longiore orbis revolutionis 281 partes et 20 minuta. Colligitur ergo ex hoc ut sit locus cursus centri lune verus 17 partes et 10 minuta geminorum, et locus cursus eius verus in quo videtur 16 partes et 20 minuta. Fuit ergo locus stelle Mercurii secundum hoc 17 partes et medietas partis geminorum, cum fuit equalis super centrum lune parte una et 6a parte. Et propter hoc [illegible] describam dyametrum super longitudine longiore et longitudine propinquiore super quam sunt a b g d e. Et sit punctum dyametri a locus longitudinis longioris, et punctum b locus super quem revolvitur centrum orbis centri egredientis ad [illegible] signorum, et punctum g locus super quem est revolutio centri orbis revolutionis ad successionem signorum, et punctum d centrum orbis signorum. Et moveatur [illegible] super

punctum g punctum z quod est punctum orbis revolutionis. Sit quod illud quod movet ipsum linea
dz super angulum a g z, et super punctum b motus centri orbis egredientis centri quod
est punctum h. Et sit illud quod movet ipsum linea b h super angulum a b h. Ergo motus
est quia ipse est equalis angulo a g z propter equalitatem duarum ipsorum motuum earum. Et describam
super punctum z orbem revolutionis super quem sint t k l, et sit stella super punctum l, et pro-
traham lineas g k, et h z, et d z, et z t, et d l, et producam perpendiculares ad lineam g z t a puncto
h et a puncto d, que sint perpendiculares due h m et d n. Et ad lineam d l a puncto z que sit perpendicularis
z s, et sit inquisitio inventio arcus qui est a puncto t et est locus longitudinis ad punctum l et est
locus stelle orbis revolutionis. Et quia locus visus solis medius fuit tunc 22 partes 34 minuta
tauri, et locus longitudinis longioris stelle fuit 10 partes cancri fere. Et fuit locus
visus stelle medius in longitudine elongatus a loco longitudinis longioris 42 partibus 34 minutis
Erit angulus g b h 42 partes 34 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et
secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti erit 84 partes et 8 minuta. Et remanent duo anguli
b h g et b g h 137 partes et 26 minuta secundum illam quantitatem. Propter hoc quod linea b g est
equalis linee b h. Et erunt circuli descripti super triangulum b g h arcus quorum unus est
super lineam g h 84 partes et 8 minuta secundum quantitatem qua est circulus 360 partes. Et erit
arcus qui est super lineam b g secundum illam quantitatem 137 partes et 26 minuta. Erunt ergo earum corde
Corda quidem g h 81 partes et 10 minuta secundum quantitatem qua est dyameter 120 partes. Et corda
g b secundum illam quantitatem 111 partes et 49 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est linea b g 3 partes
erit linea h g due partes et 11 minuta. Et est quia angulus b g h est 137 partes et 26 minuta
secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes, et angulus b g m secundum illam quantitatem
est 84 partes et 8 minuta. Erit angulus h g m qui est ad complendum quod remansit 42 partes et 18 minuta.
Et propter illud erit arcus qui est super lineam h m 72 partes 18 minuta secundum quantitatem qua
est circulus continens triangulum h g m orthogonium 360 partes. Et erit arcus qui est
super lineam g m ad complendum quod remansit de semicirculo 124 partes et 42 minuta. Et erunt corde
earum. Corda quidem m h 72 partes et 43 minuta secundum quantitatem qua est dyameter g h 120 partes. Et erit
corda g m 107 partes et 43 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est linea g h due partes et 11 minuta
et linea h z que est medietas dyametri orbis egredientis quod revolvit orbem revolutionis
60 partes. Erit linea quidem h m 0 et 48 minuta. Et erit linea g m partes et 58 minuta.
Propter illud ergo erit linea m z et est ad dyametrum h z absque ulla diversitate 60 partes
secundum illam quantitatem. Et linea g z residua 58 partes et duo minuta. Et similiter quia angulus d g z
est 84 partes et 8 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Erit arcus qui est super
lineam d n 84 partes et 8 minuta secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum
d g n orthogonium 360 partes. Et arcus qui est super lineam g n residuum complementi semicirculi
94 partes et 72 minuta. Et earum corde. Corda quidem d n 81 partes et 10 minuta secundum quantitatem qua est dyameter
g d 120 partes. Et erit corda g n 88 partes et 23 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est
linea g d 3 partes, et de linea g z iam ostensum fuit quod ipsa est 58 partes et duo minuta. Erit
quidem d n due partes et 2 minuta, et linea g n due partes et 13 minuta. Et erit linea n z
residua 77 partes et 49 minuta. Quapropter erit dyameter d z 71 partes et 71 minuta fere secundum quantitatem
qua est medietas dyametri orbis revolutionis 22 partes et 30 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est dyameter d z
120 partes erit linea d n 4 partes et 22 minuta. Et arcus qui est super eam 4 partes 11
minuta secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d z n orthogonium 360 partes. Et arcus
linee n z residuum complementi semicirculi 177 partes et 49 minuta. Et angulus n d z 177
partes et 49 minuta. Totus ergo angulus a d z erit 270 partes et 41 minuta, et angulus c d z est
89 partes et 19 minuta. Et totus angulus c d l est 134 partes. Propterea quia stelle longitudo
fuit tunc a longitudine longiore 67 partes et 30 minuta. Et erit angulus z d l residuus 44 partes
et 41 minuta. Arcus ergo qui est super lineam z s erit 44 partes et 41 minuta secundum quantitatem qua est circulus
continens triangulum d z s orthogonium 360 partes, et erit linea z s 46 partes et 37 minuta.



secundum quantitatem qua est dyameter d z 120 partes. Quapropter secundum quantitatem qua est linea d z 77
partes 71 minuta. Et fuit linea z l medietas dyametri orbis revolutionis 22 partes et 30 minuta. Erit
z s 21 partes et 41 minuta, et secundum quantitatem qua est dyameter z l 120 partes erit linea z s 111 partes
et 39 minuta. Et arcus qui est super lineam z s erit 149 partes et 2 minuta secundum quantitatem
qua est circulus continens triangulum z l s orthogonium 360 partes. Et erit angulus z l s 149 partes
et 2 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Et secundum hoc residuus quidem angulus z d l
est 44 partes et 41 minuta. Et similiter angulus t z l erit 4 partes et 11 minuta. Erit ergo totus angulus
d z l 198 partes et 74 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Et secundum quantitatem
qua sunt 4 anguli recti 360 partes erit 99 partes et 27 minuta. Fuit ergo arcus t k l orbis revo-
lutionis qui fuit in hac consideratione a longitudine longiore stelle mercurii a puncto t quod est longitudo longior
99 partes 27 minuta, et illud est quod nos oportuit ostendere.

Et etiam in anno 21 annorum dyonisii et illud est in anno 484 annorum nabuch-
odonosor 22 diebus transactis de mense alastrabi, et 18 de predicto mense transactis ex
mensibus egyptiorum in mane 19 diei eius fuit stella splendida matutina
et fuit longitudo eius a linea recta que transit super frontem septentrionalem scorpionis
et super stellam mediam stellarum frontis scorpionis ad illud quidem quod est minus quantitate dyametri
lune et ad septentrionalem quidem a fronte primi quantitas duorum dyametrorum lune. Secundum stelle
media stellarum frontis scorpionis fuit locus tunc secundum principia nostra partes una et due tertie
partis scorpionis. Et fuit secundum illam quantitatem etiam tunc declinatio eius ad partem medii
ab orbe medio signorum. Stelle autem septentrionalis stellarum frontis scorpionis fuit locus due
partes et tertia partis scorpionis. Et fuit declinatio eius ad septentrionem ab orbe medio signorum
partes una et tertia partis. Fuit ergo locus mercurii tunc 3 partes et tertia partis scorpionis fere.
Manifestum est ergo quod non provenit longitudo ad maiorem longitudinem matutinam nisi partibus 4 ...
in 26 diebus mensis alastrabi fuit longitudo eius in eo quod invenimus propterea quod abscindat linea
ad sectionem signorum ad illud quod minus est quantitate dyametri medii et medietatis dyametri
lune. Fuit ergo eius longitudo maior propterea quod prius movet 4 partibus fere. Et movet stella
quantitatem medietatis dyametri lune. Et fuit locus solis medius in 19 diebus mensis tuth
secundum computationem nostram 20 partes et medietas et tertia partis scorpionis. Et fuit longitudo longior media
in 6 partibus libre. Propterea quod anni qui fuerunt inter duas considerationes fuerunt 400 propterea
fere. Et motus locat longitudinem longiorem 4 partes fere. Et prius diximus quod fere
est secundum hoc sua. Describam autem formam secundum formam superiorem que est in eam
propter diversitatem visionum lune in ipsa. Non erit angulus qui fuit apud punctum a ut est
longitudo longior ... Et linee continentis stelle erunt ad illud quod procedit de orbe revolu-
tionis. Et erit perpendicularis z s super lineam z l que est medietas dyametri orbis revolu-
tionis. Et quia cursus stelle medius fuit longitudo a longitudine longiore 44 partes et 70 minuta. Erit
angulus a b h 44 partes et 70 minuta secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes. Et secundum
quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes erit 89 partes et 40 minuta. Quapropter erit angulus a b g
reliquus 270 partes et 20 minuta. Et unusquisque duorum angulorum b g h et b h g est 44 partes et
70 minuta. Et propter illud erunt corde earum. Corda quidem g h 84 partes et 36 minuta secundum
quantitatem qua est dyameter circuli continentis triangulum b h g 120 partes, et unaquaque duarum
cordarum b g et b h secundum illam quantitatem 41 partes et 46 minuta. Ergo secundum quantitatem qua est una
quarum duarum b h et g b 3 partes erit linea g h 4 partes et 33 minuta. Et etiam quia angulus
a g z est 89 partes et 40 minuta secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Et similiter
angulus b g h 44 partes et 70 minuta, colligitur ut sit totus angulus m g h 134 partes et
30 minuta. Erit ergo arcus qui est super h m 134 partes et 30 minuta secundum quantitatem qua est circulus
continens triangulum h g m orthogonium 360 partes. Et arcus qui est super lineam g m resi-
duum complementi semicirculi erit 41 partes et 30 minuta. Et erunt corde earum. Corda quidem



in h 110 p. et 40 m. secundum quantitatem qua est dyameter g h 120 partes, et corda g m 46 p. 24 m. secundum illam quantitatem. Quapropter secundum quantitatem qua est linea g h 1 partes 33 m. scilicet tria sunt z h que est medietas dyametri orbis centri egredientis 60 partes, erit linea m h 1 partes et 7 m. et linea g m due partes et 10 m. Et ex hoc colligitur ut sit longitudo linee z m 119 partes 47 m. secundum illam quantitatem. Et tota linea z m g erit 61 partes et 47 m. Et similiter quia angulus d g n ortho 360 p. et arcus qui est super lineam g n residuum complementi semicirculi erit 90 p. 20 m. et erit corde eius. Corda quidem d n 84 p. 30 m. secundum quantitatem qua erit dyameter g d 120 p. Et erit corda g n secundum illam quantitatem 84 partes et 6 m. ergo secundum quantitatem qua est linea g d 38 p. erit linea quidem d n 2 p. et 1 m. Et linea g n erit due p. et 8 m. Et tota linea z g n erit 64 p. et 4 m. Quapropter erit corda z d secundum illam quantitatem 64 p. et 7 m. ergo secundum quantitatem qua est linea z d 120 p. erit linea d n 3 p. et 48 m. Et erit arcus qui est super eam 3 p. et 48 m. secundum quantitatem qua erit circulus continens triangulum z d n ortho 360 p. Et similiter erit angulus d z n 3 p. et 48 m. secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Et erit angulus z d n 176 p. et 12 m. Et angulus a d z relinquus secundum illam quantitatem erit 84 p. et 42 m. Et angulus a d l positus secundum illam quantitatem erit 14 p. 40 m. propterea quod longitudo stelle fuit in consideracione a longitudine longiori 27 partes et 10 m. donec fuit angulus l d z relinquus 31 partes et 12 m. secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Erit ergo arcus qui est super lineam z l 31 partes et 12 m. secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum d z l ortho 360 p. Et erit linea z l ipsa eadem 32 p. et 16 m. secundum quantitatem qua est dyameter d z 120 partes. ergo secundum quantitatem qua est linea d z 64 partes et 7 m. scilicet qua est linea z t que est medietas dyametri orbis revolucionis 22 p. et 30 m. Erit linea z l 17 p. et 17 m. Et secundum quantitatem qua erit dyameter z t 120 partes erit linea z l 92 partes fere. Quapropter erit arcus qui est super lineam z l 100 p. et 8 m. secundum quantitatem qua est circulus continens triangulum z l t ortho 360 partes. Et erit angulus z t l 100 partes et 8 m. secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 partes. Et secundum illam quantitatem est declaratum quod angulus z d l est 31 partes et 12 m. ergo erit angulus t z l 68 partes et 76 m. Et angulus t z l similiter 3 partes et 48 m. Quapropter erit angulus t z l residuus secundum quantitatem qua sunt duo anguli recti 360 p. 64 partes et 8 m. Et secundum quantitatem qua sunt 4 anguli recti 360 partes 32 p. et 34 m. Et d

Capitulum 11m in composicione motuum mercurii qui sunt revolucionis

Et fuit ex hac consideracione longitudo stelle a puncto f quod est longitudo longior orbis revolucionis 32 partes et 34 m. Et manifestum est quod eius longitudo fuit a longitudine longiori 212 p. et 34 m. Et in consideracione fuit in tempore consideracionis nostre fuit longitudo eius a longitudine longiori orbis revolucionis 99 p. 27 m. Et fuit tempus quod fuit inter duas consideraciones annorum egipciorum 402 et 283 dies et 13 hore et medietas fere. Et hoc tempus est revolucionum diversitatis integrarum huius stelle 1268. In 20 enim annis egipciis sunt revoluciones 63 fere. In 400 ergo annis egipciis 1260 et in duobus annis reliquis cum eo quod complentur eos duo dies et hore revolvitur stella 8 revolucionibus aliis. Iam ergo declaratum est nobis quod in 402 annis et 283 diebus et 13 horis et media pertransit stella mercurii preter revoluciones diversitatum integras que sunt 1268 240 partes et 13 m. Et illud est quod fuit inter locum eius in consideracione nostra et inter locum eius in consideracione prima. Et similiter aggregatis nobis partibus que superfluunt in illa hora dierum quos diximus, secundum quod pervenimus eius positionem in tabulis. Ex hoc namque et eius sicut posuimus equacione revolucionis motuum stelle mercurii in tempus quidem presentis dimisimus per dies et revoluciones diversitatis in superfluitate dimisimus per partes. Cum ergo dividentur plures partes per plures dies ergo

ex eo quod invenimus in eo quod precessit de motu stelle mercurii medio diei unius in diversitate sua quemadmodum autem fecimus in sole et luna sicut fecimus in stellis erraticis. Et posuimus loca eius in anno primo annorum nabuchodonosor in primo die mensis thot qui est ex mensibus egipciorum in medietate diei facimus sicut illius accepimus tempus quod est inter hoc tempus et inter antiquiorem duarum consideracionum et consideracionem modernam de annis egipciorum et diebus et horis scilicet 483 annis et 17 diebus et 18 horis. Et invenimus illud quod opponitur huic tempori secundum quod firmatur in tabulis de motu medio qui est stellarum diversitatis et quod superfluit stella de eo 190 partes et 39 m. Et illud est quod cum eo minuimus ex partibus longitudinis stelle in hac consideracione a longitudine longiori orbis revolucionis scilicet ex 212 partibus et 34 m. invenimus in primo annorum nabuchodonosor in primo die mensis thot in medietate diei diversitatem stelle que est in longitudine longiori sua in orbe revolucionis 21 partes et 55 m. Et in longitudine in parte epicicli in qua fuit sol tunc et est 0 et 41 m. locus autem longitudinis longioris orbis egredientis centri epicicli una et sexta partes libre quoniam post hos annos fit 4 partes et medietas et 3a parte fere. Et secundum equationem partes addentur 6 partes libre que fuerunt in tempore consideracionis super parte una et sexta partes libre. Et in hoc terminatur dictio nona Almagesti Ptolomei

Sequuntur capitula decime dictionis

Capitulum primum in declaracione longitudinis longioris stelle veneris
Capitulum 2m in quantitate orbis revolucionis huius stelle
Capitulum 3m in proporcionibus egressionis orbis egredientis centri que est huius stelle a centro
Capitulum 4m in verificacione motuum revolucionum huius stelle
Capitulum 5m de loco revolucionum motuum huius stelle
Capitulum 6m in eo quod necesse est premittere et sciendum in demonstracionibus aliarum stellarum
Capitulum 7m in declaracione quantitatis egressionis stelle martis a centro et longitudinis eius longioris
Capitulum 8m in declaracione quantitatis orbis revolucionum martis
Capitulum 9m in certificacione motuum revolucionum martis
Capitulum 10m de loco revolucionum motuum martis

Dictionis magne Almagesti Ptholomei pheludensis dictio decima incipit. Capitulum primum in declaracione longitudinis longioris stelle veneris


Revertamur secundum quas agitur in stella mercurii et quantitatem diversitatis et post illud ex summa motuum et revolucionum eius et locorum eius secundum hunc modum invenimus. In stella autem veneris primum est inquirendum super quas partes orbis signorum est locus longitudinis longioris et longitudinis propinquioris orbis centri egredientis super quo locus suus quod fuit in ultimo longitudinis vespertine que est in parte una et eadem, et ad inveniendum in eo consideraciones antiquas propinquiores veritati scilicet nos docemus quod intendimus de eo propter consideraciones que fuerunt secundum tempus nostrum. Et invenimus in consideracionibus que provenerunt ad nos ex consideracionibus theonis doctoris consideracionem que fuit in anno 16 annorum adriani in mense ap egipciorum nominato famenoth in die 21 eius in nocte qua post eum dies 22. Dixit namque quod stella veneris fuit in hac consideracione in prima nocte secundum plurimum longitudinis eius a sole ipsa namque precedebat stellam que est in medio pliadum secundum longitudinem pliadis et fuit visa quasi est in eius meridionali circa parum. Et quia stelle medie pliadum fuit locus in illa hora secundum mediationem ptholomei fuit 3a partes et media tauri. Et locus pliadum est post et medietas fere tunc erat medius eius quod locus veneris fuit super parte et medietate partis tauri. Et quia sol pervenit fuit medius fuit in illa hora super 14 partes et 4ta piscis tunc plurimum quod fuit longitudinis eius vespertine a

Nunc autem ponamus summam habitudinem 3am, et quia arcus … positus est 39 partium et 19 minutorum, erit angulus z t k etiam secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 39 partium et 19 minutorum, et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes 78 partium et 38 minutorum. Erit ergo propter illud arcus qui est super lineam d l 78 partium et 38 minutorum secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum d t l orthogonium est 360 partes. Erit etiam arcus qui



est super lineam t l illud quod remanet ad complendum semicirculum et est 101 partium et 22 minutorum. Linea ergo d l una duarum linearum que subtenduntur eis est 76 partium et 2 minutorum secundum partes quibus linea d t subtendens est 120 partium. Et linea t l secundum has partes 92 partium et 40 minutorum. Erit ergo propter illud secundum partes quibus linea d t que est inter duo centra est 6 partium et 33 minutorum et medietatis, et linea d g que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes, linea d l 4 partium et 9 minutorum, et linea t l secundum illud exemplum 4 partium et 4 minutorum. Et quia cum quadratum quod est ex linea d l minuitur ex quadrato quod est ex linea d g remanet quadratum quod est ex linea g l … et 41 minutorum, et erit linea g x reliqua, propterea quod linea t l est equalis linee l x, 74 partium et 47 minutorum, secundum partes quibus linea n x que est dupla linee d l complendum 8 partium et 18 minutorum. Et propter illud fit linea g n secundum has partes 74 partium et 27 minutorum. Ergo secundum partes quibus linea n g est 120 partium erit linea n x 17 partium et 19 minutorum. Et erit arcus qui est super eam 17 partium et 14 minutorum secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum g x n orthogonium est 360 partes. Quapropter erit angulus n g x 17 partium et 14 minutorum secundum partes quibus duo recti sunt 360 partes. Et etiam quia secundum partes quibus linea t h que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes, iam ostensum est quod linea n x est 8 partium et 18 minutorum, et linea t x secundum illud exemplum est 10 partium et 8 minutorum. Erit linea h x reliqua 49 partium et 42 minutorum. Et propter illud erit linea n h subtendens 50 partium et 33 minutorum. Ergo secundum partes quibus linea n h est 120 partium erit linea n x 19 partium et 42 minutorum, et erit arcus qui est super eam 18 partium et 54 minutorum secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum n h x orthogonium est 360 partes. Quapropter erit angulus n h x 18 partium et 54 minutorum secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes. Et secundum has partes ostensum est quod angulus n g x est 17 partium et 14 minutorum. Ergo angulus g n h reliquus secundum has partes est pars una et 40 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes, et secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est 50 minuta. Hec ergo est summa arcus m y orbis signorum. Et quia in … habitudine … arcus l o 33 minutorum, erit maius … longitudinis … in orbe egredientis centri … longitudinis que videtur secundum partes duas arcuum … et est pars una et 23 minuta, et summa eius est 92 partium et 21 minutorum. Et si nos … quod est inter duos arcus orbis signorum qui proveniunt duabus longitudinibus … et arcubus et quos posuimus … in orbe egredientis centri … intentione … comparatione … longitudinis … ut … linea … que est inter duo centra, et est linea t n 11 partium et 10 minutorum secundum partes quibus linea que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes. Et arcus … orbis egredientis centri et est ille qui est ab habitudine 3a ad longitudinem … 41 partium et 33 minutorum, et erit arcus l b … 38 partium et 19 minutorum. Et arcus … secundum hoc exemplum est 42 partium et 41 minutorum. Si ergo nos imitati fuerimus illud et … arcuum secundum veritatem inveniemus … arcum k r 28 minuta et arcum m y 40 minuta … et arcum l o … 28 minuta. Addemus super partes … orbis signorum … habitudinis 2e et est 46 minuta, et … 67 partium et 10 minutorum … secundum veritatem 68 partium et 46 minutorum … habitudinis 2e … 3e … pars una et 8 minuta … orbis signorum … et est 93 partium et 44 minutorum … in orbe egredientis centri 92 partium et 36 minutorum. … longioris … linea … que est inter duo centra et est linea d t … secundum partes quibus linea t l … que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes … orbis egredientis centri est 44 partium et 21 minutorum. Erit ergo in hoc orbe arcus l b 40







partes et 11 minuta. et arcus a c secundum illud exemplum 41 partes et 33 minuta. Et iam inventi sunt tres ut demonstravimus quod loca centri orbis per equationes secundum visum in habitudinibus tribus sunt secundum menta istis quantitatibus propinquas rei certitudini. Sequitur

Nunc itaque formam formemus primam et in orbe egredientis centri circulo super quem equaliter centrum orbis revolutionis sit e z a. Et quia angulus a t c secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est 41 partes et 33 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est ipse et ille qui est super caput circumferentie. Et est angulus d t b 83 partes et 6 minuta. Erit arcus qui est super lineam b d 83 partes et 6 minuta. Erit arcus qui est super lineam b d 83 partes et 6 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d t b orthogonium est 360 partes. Et erit arcus qui est super lineam b t quod remanet ad complementum semicirculi et est 96 partes et 54 minuta. Linea ergo d b una duarum linearum que subtendunt eos erit 79 partes et 34 minuta secundum partes quibus linea d t subtendens est 120 partes. Et linea b t secundum istas partes erit 89 partes et 40 minuta. Quapropter secundum partes quibus linea d t est 6 partes et linea d a subtendens est 60 partes erit linea d b 3 partes et 48 minuta et medietas et linea b t secundum illud exemplum erit 4 partes et 30 minuta. Et quia cum quadratum quod est ex linea d b minuitur ex quadrato quod est ex linea d a, est ex eo quadratum quod est ex linea b a. Erit ergo linea a b longitudinis secundum istas partes 59 partes et 40 minuta. Et ex quo linea t b est equalis linee b k et linea b d est medietas linee k n, proveniet nobis linea a k tota 64 partes et 20 minuta secundum partes quibus linea n k est 7 partes et 47 minuta. Et propter illud erit linea n a subtendens secundum istas partes 64 partes et 42 minuta. Propter illud ergo secundum partes quibus est linea n a 120 partes erit linea n k 14 partes et 44 minuta. Et arcus qui est super eam erit 14 partes et 6 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum a n k orthogonium est 360 partes. Angulus ergo n a k secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est 14 partes et 6 minuta. Et secundum partes quibus quatuor anguli recti sunt 360 partes est 7 partes et 3 minuta. Et secundum istas partes fuit angulus a t c centri 41 partes et 33 minuta. Ergo angulus a n c reliquus et est angulus equationis qui videtur est 34 partes et 30 minuta. Et iste partes quibus fuit stella in habitudine prima precedens longitudinem longiorem. Deinde


Et ponamus etiam formam secundum habitudinem secundam et quia angulus b t c et est angulus equationis orbis revolutionis secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est 40 partes et 11 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est ipse et ille qui est super caput circumferentie. Et est angulus k t n 80 partes et 22 minuta. Erit arcus qui est super lineam d y secundum istas partes 80 partes et 22 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d t y orthogonium est 360 partes. Et arcus erit qui est super lineam y t partes reliquas ad complementum semicirculi et sunt 99 partes et 38 minuta. Ergo linea d y una duarum linearum que subtendunt eos est 77 partes et 26 minuta secundum partes quibus linea d t subtendens est 120 partes. Et linea y t secundum istas partes est 91 partes et 41 minuta. Ergo secundum partes quibus linea d t est 6 partes et linea d b subtendens est 60 partes erit linea d y 3 partes et 52 minuta. Et t y secundum hoc exemplum 4 partes et 34 minuta. Et quia cum quadratum quod est ex linea d y minuitur ex quadrato quod est ex linea d b, est ex eo quadratum quod est ex linea y b, erit linea longitudinis secundum istas partes 59 partes et 53 minuta. Et similiter etiam quia linea t y est equalis linee y h et linea n h est dupla linee d y, erit linea b h tota 64 partes et 28 minuta secundum partes quibus linea n h est 7 partes et 44 minuta. Et ex eo erit linea b n subtendens secundum istas partes 64 partes et 46 minuta. Ergo secundum partes quibus linea b n subtendens est 120 partes erit linea n h 14 partes et 19 minuta. Et arcus qui est super eam erit 13 partes et 42 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum b n h orthogonium est 360 partes



Quapropter erit angulus n b h secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes 13 partes et 42 minuta. Et secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 6 partes et 51 minuta. Verum secundum istas partes fuit angulus b t c centri 40 partes et 11 minuta. Ergo angulus c n b reliquus et est angulus equationis qui videtur secundum istas partes est 33 partes et 20 minuta. Secundum ergo istas partes fuit stella visa preteriens longitudinem longiorem in habitudine secunda. Iam vero fuit ostensum quod in longitudine prima fuit visa precedens longitudinem longiorem 34 partibus et 30 minutis. Proveniet ergo tota longitudo ab habitudine prima ad habitudinem secundam 67 partes et 50 minuta et istud est conveniens ei.




Et ponamus etiam secundum hanc speciem formam que similatur propter duas equationes habitudinis tertie et quia angulus g t z et est angulus equationis centri orbis revolutionis secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est 44 partes et 21 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est 88 partes et 42 minuta. Erit arcus super lineam d y 88 partes et 42 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d t y orthogonium est 360 partes. Et arcus qui est super lineam y t est partes reliquas ad complementum semicirculi et sunt 91 partes et 18 minuta. Ergo linea d y una duarum linearum que subtendunt eos est 83 partes et 13 minuta secundum partes quibus linea d t subtendens est 120 partes. Et linea y t secundum istas partes est 87 partes et 49 minuta. Erit ergo propter istud secundum partes quibus linea d t est 6 partes et linea d g que est ex centro orbis egredientis centri 60 partes, linea d y 4 partes et 11 minuta et medietas. Et linea y t secundum hanc similitudinem erit 4 partes et 17 minuta. Et quia quadratum quod est ex linea d y diminuto ex quadrato quod est ex linea d g erit ex eo quadratum quod est ex linea g y, proveniet nobis linea ex longitudine secundum istas partes 59 partes et 51 minuta. Et etiam quia linea y t est equalis linee y h et linea n h est dupla linee d y, erit linea g h reliqua proveniet nobis 64 partes et 34 minuta secundum partes quibus linea n h est 8 partes et 23 minuta. Et propter illud proveniet nobis etiam linea g n subtendens secundum istas partes 64 partes et 12 minuta. Ergo secundum partes quibus linea g n subtendens est 120 partes erit linea n h 17 partes et 51 minuta. Et erit arcus qui est super eam 17 partes et 10 minuta secundum partes quibus circulus continens triangulum g n h orthogonium est 360 partes. Erit ergo propter illud angulus t g n etiam secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes 17 partes et 10 minuta. Et secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes erit 8 partes et 35 minuta. Verum secundum istas partes fuit angulus g t z etiam 44 partes et 21 minuta. Ergo angulus g n z totus secundum istas partes est 52 partes et 56 minuta. Hec ergo est summa partium quibus fuit visa stella in habitudine tertia precedens longitudinem longiorem. Iam autem fuit ostensum quod fuit visa in habitudine secunda preteriens a longitudine longiore 33 partibus et 20 minutis. Ergo partes que proveniunt distantie ab habitudine secunda ad habitudinem tertiam sunt 93 partes et 44 minuta. Id ipsum convenientes ei quod invenimus per considerationem in longitudine secunda. Et manifestum est quod propterea quod visa fuit stella super lineam g n in habitudine tertia fuit locus eius secundum quod invenimus per considerationem super duas et 34 minuta Sagittarii. Et ostensum fuit quod angulus g n z et est ad centrum orbis signorum est 52 partes et 48 minuta secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes. Fuit ergo locus longitudinis longioris orbis egredientis centri qui est super punctum z super 27 partes et 30 minuta Capricorni. Et locus longitudinis propioris super partem oppositam ei et est 27 partes et 30 minuta Cancri. Sed cum describimus circa centrum g orbem revolutionis martis super quem fuit m k l et protraxerimus lineam t g m, proveniet nobis cursus medius orbis revolutionis a longitudine longiore in orbe egredientis centri est 137 partes et 39 minuta. Propterea quod angulus g t z iam ostensum est quod est partes equationis ad complementum semicirculi et sunt 44 partes et 21 minuta. Et proveniet cursus medius stelle a puncto m quod est longitudinis longioris orbis revolutionis scilicet arcus m k 171 partes et 27 minuta. Et propterea quod angulus t g n iam fuit ostensum quod est 8 partes et 34 minuta secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes et fuit hic angulus apud centrum orbis revolutionis erit arcus k l et est ille qui est stelle a longitudine propinquiore est punctus l. Erit secundum



istas partes 8 partes et 31 minuta. Erit ergo arcus qui est a puncto m et est longitudo longioris longitudinis stelle super quam est punctus t illud quod rectificat adequationem scilicet sicut narravimus 171 partes et 27 minuta. Iam ergo demonstratum est nobis ex rebus que declarata sunt quod in tempore habitudinis 3e scilicet in anno 2o Adriani Anthonii in mense athir apud egyptios in die 12o eius in nocte quam sequebatur dies 13 ante medietatem noctis duabus horis equalibus fuit stelle martis in intentione quod nominatur longitudo elongationis per motum suum medium a longitudine longiore in orbe egredientis centri 137 partes et 39 minuta. Et fuit eius longitudo in directione a longitudine longiore in orbe revolutionis 171 partes et 27 minuta et iste sunt res quas intendimus declarare

Capitulum 8m in demonstratione quantitatis orbis revolutionis Martis

Et quia id sequitur illud ut demonstremus proportionem orbis revolutionis tunc accepimus propter illud considerationem in qua consideravimus hanc stellam quod propria 3 dies post habitudinem 3am scilicet in anno 2o Adriani Anthonii in mense athir apud egyptios in die 17o eius in nocte quam sequebatur dies 16 ante medietatem noctis tribus horis equalibus propterea quod medium celi secundum considerationem fuit 20 partes libre et erat sol per cursum equalem suum locus tunc super 1 partem et 27 ita geminorum. Ergo consideravimus instrumento alahazel et invenimus eam in loco qui est subtus. Et vidimus locum stelle martis super partem unam et 3am quartam partis sagittarii. Et in illa hora erat visus longitudinis eius ex centro lune partem unam et 3am quartam partis. Et fuit in illa hora cursus lune medius in 4 partibus et 20 minutis sagittarii. Et cursus equalis diversitatis fuit in 29 partibus et 20 minutis scorpionis propterea quod fuit cursus longitudo in directione a longitudine longiore in orbe revolutionis 92 partes. Et cursus equalis qui videtur fuit in principio sagittarii. Fuit ergo eo tempore ex locus stelle martis quem invenimus ei quod erat sit tunc per considerationem super partem unam et 36 minuta sagittarii. Et martis quod fuit eius longitudo a longitudine longiore propter hoc 43 partibus et 14 minutis. Et inter ~~hanc longitudinem~~ illud quod complementum tempus quod fuit inter habitudinem 3am et inter hanc considerationem ex partibus longitudinis est pars una et 32 minuta. Et in directione quinque partes et 21 minuta scilicet. Si ergo addiderimus eas super latos duos quos declaravimus in habitudine 3a inveniemus longitudinem stelle martis fuisse in hoc tempore quidem in longitudine super 137 partes et 11 minuta a longitudine longiore in orbe egredientis centri et in directione super 172 partes et 40 minuta a longitudine longiore in orbe revolutionis. Propterea ergo explanatione sit hec res tunc sit orbis egredientis centri in quo revolvitur centrum orbis revolutionis super quem sunt a b g circa centrum d. Et diameter eius sit a d g. Et ponam super diametrum centrum orbis signorum punctum e. Et centrum orbis egredientis centri aliorum maioris speculationis punctum z. Et describam circa punctum b orbem revolutionis super quem sunt h t k. Et protraham lineas z b h k et e t b et protraham a duobus punctis d et e super lineam z b duas perpendiculares e l et d m. Et ponam ut stella sit super punctum n orbis revolutionis. Et protraham lineas duas e n et b d. Et protraham super lineam e n eductam perpendicularem secundum rectitudinem a puncto b perpendicularem b f. Et quia stelle sunt longitudo a longitudine longiore in orbe centri egredientis 137 partes et 11 minuta. Erit angulus b z g ex partibus quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 84 partes et 38 minuta. Et arcus qui est super lineam d m est 84 partes et 38 minuta ex partibus quibus circulus qui continet triangulum d m z orthogonium est 360 partes. Et arcus qui est super lineam z m est quod reliquum ad complementum semicirculi et est 94 partes et 22 minuta. Linea ergo d m una duarum linearum que subtendunt eis erit 81 partes et 34 minuta ex partibus quibus linea d z subtendens est 120 partes. Et linea z m ex istis partibus est 88 partes et minutum unum. Erit ergo propter illud ex partibus quibus linea d z que est inter duo centra est 6 partes. Et linea d b que est acceptio orbis egredientis est 60 partes. Et linea d m 4 partes et 1 minutum. Et linea z m ex eis 4 completum




4 partes et 34 minuta. Et quia quadratum quod est ex linea d m duplicatum est quadratum quod est ex linea d b. Erit quadratum quod est ex linea b m. Erit linea b m ex istis partibus 59 partes et 52 minuta. Et ex hac tunc similiter quia fuit linea z m equalis linee m l. Et linea e l dupla linee d m erit linea b l reliqua erit 55 partes et 18 minuta. Et linea e l ex istis partibus erit 8 partes et 10 minuta. Et propter illud erit linea e b subtendens 56 partes et 4 minuta. Ergo ex partibus quibus linea e b est 120 partes erit linea e l 17 partes et 28 minuta. Et arcus qui est super eam erit 16 partes et 44 minuta ex partibus quibus circulus qui continet triangulum b e l orthogonium est 360 partes. Et ex quia angulus g e f et est ille quo videtur stella martis procedere a puncto g et est longitudo longior ex partibus quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est positus 43 partes et 14 minuta. Et ex partibus quibus duo anguli recti sunt 360 partes est 107 partes et 48 minuta. Et ex istis partibus est angulus g e b est 102 partes et 22 minuta propterea quod ipse est equalis duobus angulis quoque scilicet angulo b z e. Et ideo ostenditur est quod ipse est ex istis partibus 16 partes et 44 minuta. Et angulo g z b ideo posito ex istis partibus 84 partes et 38 minuta. Tunc manifestum est quod angulus b e f reliquus ex istis partibus erit 5 partes et 26 minuta. Et erit arcus qui est super lineam b f 5 partes et 26 minuta ex partibus quibus circulus qui describitur circa triangulum b e f orthogonium est 360 partes. Et propter illud erit linea b f erit 5 partes et 41 minuta ex partibus quibus linea e b subtendens est 120 partes. Ergo ex partibus quibus demonstratum est quod linea e b est 56 partes et 4 minuta. Et linea d b que est acceptio orbis egredientis centri est 60 partes. Erit linea b f due partes et 39 minuta. Et ex hac similiter quia puncti n longitudo a puncto h et est longitudo longior in orbe revolutionis est 172 partes et 46 minuta. Et cursus longitudo a puncto k et est longitudo propinquior est 7 partes et 14 minuta erit angulus k b n ex partibus quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 7 partes et 14 minuta. Et ex partibus quibus duo anguli recti sunt 360 partes 14 partes et 28 minuta. Propterea ex istis partibus sunt anguli k b e 16 partes et 44 minuta erit ergo angulus n b e reliquus 2 partes et 16 minuta. Et angulus f b e totus ex istis partibus erit 7 partes et 42 minuta. Quapropter erit arcus qui est super lineam b f ex 7 partibus et 42 minutis ex partibus quibus circulus qui continet triangulum b n f orthogonium est 360 partes. Et erit linea b f eadem 8 partes et 3 minuta ex partibus quibus linea b n subtendens est 120 partes. Ergo ex partibus quibus linea b f est due partes et 39 minuta. Et linea que est acceptio orbis egredientis centri est 60 partes. Erit linea b n que est acceptio orbis revolutionis 39 partes et 30 minuta scilicet. Ergo proportio linee que est acceptio orbis egredientis centri ad lineam que est acceptio orbis revolutionis est proportio 60 partium ad 39 partes et 30 minuta et hoc est quod voluimus declarare.

Capitulum 9m in verificatione revolutionum motuum Martis

Hec tamen restat propter verificationem cursus revolutionum motuum martis in mediis una considerationum antiquarum in qua declaratur quod in anno 13o Adriani Dyonisii in mense nominato athir stella martis estimabatur quod cooperuisset stellam que est in latere septentrionali frontis scorpionis. Et tempus huius considerationis fuit in anno 52 a morte Alexandri et illud fuit in anno 476 a Nabuchodonosor in mense nominato apud egyptios athir in die 20 eius in diluculo diei 21 ... Et invenimus locum solis fuisse per cursum suum medium super 23 partes et 44 minuta capricorni. Et stelle que est in 7o latere frontis scorpionis invenimus locum per considerationem super 6 partes et 0 partes scorpionis. Quapropter quia quod fuit ex inter hanc considerationem et inter regnum Anthonii est 409 anni in quibus movetur stella fixa quinque partibus et 4 minutis scilicet tunc ipsa fuit in hora considerationis super duas partes et 4 minuta scorpionis. Et manifestum est quod ex ille fuit locus stelle martis. Et secundum hoc quod fuit in hoc tempore scilicet in principio regni Anthonii locus longitudinis martis in 27 partibus et 30 minutis cancri. Et invenimus quod cursus locus fuit in hora considerationis

super 21 partes et 27 minuta cancri. Et martis est quod stelle secundum visum fuit longitudo a longitudine longiori
in hoc illa 100 partes et 40 minuta. Et fuit longitudo sed premotum fuit medium ab illa
eadem longitudine longiori 182 partes et 29 minuta. Et fuit eius longitudo a longitudine longiori equatoris due partes
et 29 minuta. Et illud martis est. Postquam ergo explanamus hoc sit orbis egre-
dientis centri revolucionis circulus orbis revolucionis super quem sunt a b g, cuius centrum
d. Et sit eius diameter a d g. Et ponam super ipsam centrum orbis signorum
punctum e, et centrum orbis egredientis centri maioris equantis punctum z, et super ipsa
centro circulum b orbe revolucionis super quem sunt h t. Et protraham duas lineas z b h
et b d. Et producam a puncto z super lineam d b perpendicularem z f. Et ponam ut stella sit super
punctum t orbis revolucionis. Et iungam lineam b t, et protraham a puncto e lineam
e l equidistantem ei, et est super quam videtur cursus sed medius propter id quod in precedenti
declaravi. Et applicabo lineam e t, et producam a duobus punctis d b duas perpendiculares d m
et b n, et protraham e l a puncto d super lineam b n perpendicularem d s, ita ut sit s d m
n superficies equidistantium laterum rectorum angulorum. Et quia angulus a e l et est angulus cursus
qui videtur stelle a longitudine longiori est 100 partes et 40 minuta secundum partes quibus 4 anguli
recti sunt 360 partes. Et angulus g e l et est angulus cursus sed medius secundum istas partes est due
partes et 29 minuta, erit angulus t e l qui est angulus equationis anguli b t e secundum partes qui-
bus 4 anguli recti sunt 360 partes 81 partes et 39 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli
recti sunt 360 partes erit 163 partes et 18 minuta. Quapropter erit arcus qui est super lineam b n
etc 163 partes et 18 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum b t n orthogonium
est 360 partes. Erit linea b n eadem 118 partes et 43 minuta secundum partes quibus linea b t
subtendens est 120 partes. Ergo secundum partes quibus linea b t que est medietas orbis revolucionis
est 39 partes et 30 minuta. Et linea e d que est inter duo centra 6 partes. Erit linea b n 39 partes
73 minuta. Et etc quia angulus d e t etc secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes est
100 partes et 70 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est 201 partes et 40
minuta. Et propter illud est angulus qui restat etc, et est angulus d e m secundum istas partes
178 partes et 20 minuta. Erit arcus qui est super lineam d m etc 178 partes et 20 minuta. Erit
arcus qui est super lineam d m secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d e m
orthogonium est 360 partes. Et erit linea d m eadem 117 partes et 42 minuta secundum partes quibus linea
d e que sunt subtendens est 120 partes. Ergo secundum partes quibus linea d e est 6 partes, et
linea b t secundum quod declaravi est 39 partes et medietas, erit d m que est equalis
n s 7 partes et 74 minuta, et erit linea s b reliqua 33 partes et 9 minuta secundum partes quibus linea
b d que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes. Ergo secundum partes quibus linea b d
que sunt subtendens est 120 partes erit linea b s 66 partes et 18 minuta. Et arcus qui est
super eam est 67 partes et 4 minuta fere secundum partes quibus circulus qui continet triangulum b d s
orthogonium est 360 partes. Quapropter erit angulus b d s etc 67 partes et 4 minuta. Et secundum istas partes
quibus duo anguli recti sunt 360 partes erit angulus b d m totus 247 partes et 4 minuta. Et
secundum istas partes erit angulus e d m 21 partes et 40 minuta, quia iam ostensum est quod angulus d e m
est 178 partes et 20 minuta. Ergo angulus b d e reliquus complementi 227 partes et 24 minuta. Et angulus
qui sequitur eum et est angulus b d a secundum illam proportionem est 134 partes et 36 minuta. Quapropter
erit arcus qui est super lineam z b 134 partes et 36 minuta secundum partes quibus circulus qui continet
triangulum d z b orthogonium est 360 partes. Et erit arcus qui est super lineam b d partes reliquus
ad complementum semicirculi et sunt 47 partes et 24 minuta. Linea ergo z b una duarum linearum
que subtendunt eos est 110 partes et 42 minuta secundum partes quibus linea z d que sunt subtendens est 120
partes. Et erit linea d b secundum istas partes 40 partes et 18 minuta. Ergo secundum partes quibus linea d z




est 6 partes, et linea d b et d est ea que est a centro orbis signorum egredientis centri est 60 partes. Erit
linea z b 71 partes et 32 minuta. Et linea d b secundum illud exemplum due partes et 19 minuta. Ergo linea
b b reliqua est 77 partes et 41 minuta fere. Et propterea erit linea b z que sunt subtendens secundum
istas partes 77 partes et 47 minuta fere. Ergo secundum partes quibus linea b z est 120 partes, erit linea
z b 11 partes et 28 minuta. Et erit arcus qui est super eam 10 partes et 48 minuta secundum partes quibus circulus
qui continet triangulum z b orthogonium est 360 partes. Ergo angulus z b d est 10 partes et 48 minuta secundum
partes quibus 2 anguli recti sunt 360 partes. Secundum istas vero partes fuit angulus b d a 134 partes et 36
minuta. Ergo angulus b z a totius secundum partes istas erit 145 partes et 34 minuta. Et secundum partes quibus 4
anguli recti sunt 360 partes est 72 partes et 47 minuta. Fuit ergo longitudo centri stelle in
hoc cursu scilicet puncti b et est centrum orbis revolucionis a longitudine longiori 72 partes 47 minuta.
Et propter illud fuit eius locus super 4 partes et 12 minuta libre. Et quia angulus g e l positus
est secundum istas partes 2 partes et 29 minuta. Et quia angulus etc angulus sectoris a b g et quia
est equalis duobus rectis est equalis aggregato angulorum a z b et est angulus cursus medii in lon-
gitudine et anguli k b t et est angulus diversitatis scilicet angulus motus stelle in orbe revo-
lucionis. Erit propterea angulus k b t reliquus complementi nobis secundum istas partes 109 partes et 42
minuta. Fuit ergo longitudo stelle in hoc illius consideracionis a longitudine longiori in orbe revolucionis partes
quas dixi diversitatis et sunt 109 partes et 42 minuta. Et hoc est cum consideramus in eclipsi lune
iam invenimus quod longitudo eius fuit in hoc tempore diversitatis a longitudine longiori in orbe
revolucionis 171 partes et 27 minuta. Iam ergo supersunt in tempore quod est inter duas consideraciones
eius fuit duas eclipses est 410 anni et 231 dies et 3 diei fere preter revoluciones inte-
gras, et sunt 192 revoluciones 61 partes et 43 minuta. Et illud est propterea superfluitati quod eve-
nit nobis per tabulas quod fecimus motui eius propterea quod hoc cursus motu eius in die
ex hoc ut dividimus partes que eveniunt cursus revolucionis superfluitatis per dies
qui proveniunt ~~cursus revolucionis~~ tempore quod est inter duas consideraciones et illud est quod op-

Capitulum 10m in radice motuum stelle Martis revolubilium


tuit nos demonstrare.
Quia ex tempus quod est ab anno primo Adriani nabuch a mense thut
apud egiptios a die primo eius a medietate diei ad horam ... con-
siderationis dicte etc exactus egiptiis 477 anni et 79 dies et medietas diei
et 4 fere. Et in hoc tempore provenit superfluitati diversitatis 180 partes et 40 minuta. Et diver-
sitate 142 partes et 29 minuta. Tunc si nos minuimus hoc de ... secundum unumquodque ex suo radice
a duobus locis quos narravimus consideratione scilicet ex partibus longitudinis longioris et sunt 4 partes et
52 minuta libre et ex partibus longitudinis in diversitate et sunt 109 partes et 42 minuta. Et provenit nobis
radix in anno Adriani nabuch in mense eius thut apud egiptios in die primo eius in medietate
diei duo loca duorum motuum Martis revolubilium. Ille quidem qui est in longitudine fe-
re 3 partes et 32 minuta arietis, et ille qui est in diversitate super 327 partes et 13 minuta a longitudine longiori
in orbe revolucionis. Et propter illud etc quia fuit motus localis longitudinis longioris in 477 annis
comprehendit 4 partes et medietatem et 4 partem. Et fuit longitudo longioris Martis in consideracione illa in
21 parte et 27 minuta cancri. Erit Martis est quod locus eius etc tempore posito locatus super
16 partes et 40 minuta cancri. Et illud est quod volumus ostendere in hoc decimo.

Capitulum primum in declaratione elongationis a centro Jovis et longitudinis eius longioris
Capitulum 2m in declaratione quantitatis orbis revolucionis stelle Jovis
Capitulum 3m in verificatione motuum stelle Jovis revolubilium
Capitulum 4m in diversitate revolucionis stelle Jovis
Capitulum 5m in declaratione elongationis a centro stelle Saturni et longitudinis longioris
Capitulum 6m in dispositione quantitatis orbis revolucionis stelle Saturni
Capitulum 7m in verificatione motuum stelle Saturni equalium
Capitulum 8m in radicibus motuum stelle Saturni revolubilium
Capitulum 9m quod proveniunt etc propter motus revolubiles secundum semitas linearum
Capitulum 10m in modo tabularum diversitatis
Capitulum 11 in opere tabularum quinque stellarum erraticarum in longitudine
Capitulum 12m in inventione motuum localium stellarum erraticarum in longitudine




Edicionis magne almagesti Ptholomei pheludensis dictio undecima incipit. Cuius capitulum primum est in declaratione egressionis circuli Jovis et longitudinis eius longioris.


Quia iam demonstravimus revolutiones motuum stelle martis et radices eius, tunc nos modo sequimur illud narrando hanc rem cum stella Jovis secundum illum eundem modum. Accepimus itaque etiam primo ad declarandum locum eius longioris et summam egressionis orbis eius a centro tres habitudines que nominantur oppositiones noctis contrarie cum medio. Quarum una oppositionum pervenimus considerationem in anno 17 annorum adriani in mense athira apud egyptios in die primo eius in nocte quam sequitur dies 2us cum medietate noctis hora una et fuit in 23 partibus et 11 minutis scorpionis. Et hora 2e oppositionis in 21 annorum adriani in mense 7 in die 13 eius in nocte quam sequitur dies 14us cum medietate noctis duabus horis et fuit stella in 7 partibus et 54 minutis piscis. Et hora 3e oppositionis in 21 annorum adriani in anno primo annorum anthonii in mense athur in die 20 eius in nocte quam sequitur dies 21us preter 4 horas a medietate noctis et fuit stella in 14 partibus et 23 minutis arietis. Longitudo ergo ab hora prima ad horam 2am fuit tempus equalium egyptiorum 3 et diebus 106 diebus et horis 23 horis. Et ex partibus cursus stelle qui videtur 104 partes et 43 minuta. Et longitudo ab hora 2a ad horam 3am fuit tempus equalium annorum egyptiorum et 37 dies et 7 hore et ex partibus que sunt secundum illud exemplum 36 partes et 29 minuta. Et quod provenit ex cursu medio longitudinis primi longitudinis primi 99 partes et 44 minuta et tempus longitudinis 2e 33 partes 26 minuta. Et cum hiis ergo duabus longitudinibus secundum semitam quam narravimus in marte posuimus per demonstrationem 2e quod intendimus stelle secundum quod orbis egredientis centri sit unus etiam secundum hunc modum quem narravimus. Sit orbis egredientis centri super quem sunt a b g. Et ponam ut punctus a sit punctus super quod fuit centrum stelle in habitudine prima habitudinum oppositionis noctis. Et punctus b sit punctus habitudinis 2e habitudinum oppositionis noctis et punctus g sit habitudinis 3e. Et accipiam intra orbem a b g egredientis centri punctum d centrum orbis signorum. Et applicabo lineas ad et bd et gd et faciam protrahere lineam g d e et applicabo lineas e a et a b et protraham a puncto e super duas lineas a d et b d duas perpendiculares e z et e h. Et a puncto a super lineam e b perpendicularem a t. Et quia arcus b g orbis egredientis centri iam posuimus sunt subtendens orbis signorum 36 partibus et 29 minutis. Erit angulus b d g et etiam angulus e d h qui est apud centrum orbis signorum secundum partes quibus 4or anguli recti sunt 360 partes 36 partes et 29 minuta et secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes 72 partes et 58 minuta. Erit ergo propter hoc arcus etiam qui est super lineam e h 72 partes et 58 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d e h orthogonium est 360 partes. Et erit linea e h 71 partes et 21 minuta secundum partes quibus linea d e subtendens est 120 partes. Et secundum hanc similiter quia arcus b g est 36 partes et 26 minuta erit angulus b e g qui est apud circumferenciam 33 partes et 26 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes. Et angulus d e h iam ostensus est quod est 107 partes et 2 minuta. Et angulus b e h totus est 140 partes et 28 minuta. Erit ergo angulus e b h residuus secundum istas partes 39 partes et 32 minuta. Erit ergo propter illud arcus etiam qui est super lineam e h 39 partes et 32 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum e b h orthogonium est 360 partes. Et erit linea e h 40 partes et 31 minuta secundum partes quibus linea b e subtendens est 120 partes. Secundum partes ergo quibus linea e h est 31 partes et 21 minuta et linea e d 120 partes erit linea b e 210 partes et 58 minuta. Et etiam quia arcus a b g totus orbis egredientis centri iam posuimus quod subtendit partibus orbis signorum que proveniunt ex duabus longitudinibus quod est 141 partes et 12 minuta erit angulus a d g qui est apud centrum orbis signorum secundum partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 141 partes et 12 minuta. Et secundum partes quibus



duo anguli recti sunt 360 partes 282 partes et 24 minuta. Et erit angulus qui est cum e apud angulum a d e secundum istas partes 77 partes et 36 minuta. Quapropter erit arcus qui est super lineam e z 77 partes et 36 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum e d z orthogonium est 360 partes. Et erit linea e z 74 partes et 12 minuta secundum partes quibus linea d e subtendens est 120. Et secundum hanc similiter quia arcus a b g orbis egredientis centri comprehendit 133 partes et 21 minuta erit angulus a e g etiam qui est apud circumferenciam 133 partes et 21 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes. Et secundum istas partes fuit angulus a d e 77 partes et 36 minuta. Ergo angulus e a z reliquus erit secundum istas partes 149 partes et 3 minuta. Erit ergo propter illud etiam arcus qui est super lineam e z 149 partes et 3 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum a e z orthogonium est 360 partes. Et erit linea e z 117 partes et 39 minuta secundum partes quibus linea e a subtendens est 120 partes. Ergo secundum partes quibus demonstratum est quod linea e z est 74 partes et 12 minuta et linea e d posita secundum eas 120 erit linea e a 78 partes et 2 minuta. Et etiam quia arcus a b orbis egredientis centri est 99 partes et 44 minuta erit angulus a e b etiam qui est apud circumferenciam 99 partes et 44 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes. Et erit propter illud etiam arcus qui est super lineam a t 99 partes et 44 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum a e t orthogonium est 360 partes. Et erit arcus qui est super lineam e t partes reliquas ad complendum semicirculum et sunt 80 partes et 16 minuta. Linea ergo a t una duarum linearum que subtendunt eis erit 91 partes et 52 minuta secundum partes quibus linea a e subtendens est 120 partes et linea e t secundum istas partes erit 77 partes et 12 minuta. Erit ergo propter illud secundum partes quibus demonstratum est quod linea e a est 78 partes et 2 minuta et linea d e secundum eas 120 partes linea a t 49 partes et 44 minuta. Et linea e t secundum illud exemplum 50 partes et 12 minuta. Sed secundum istas partes iam fuit ostensum quod linea e b tota est 210 partes et 58 minuta. Ergo linea t b reliqua est 160 partes et 46 minuta. Et quadratum quod est ex linea t b 25844 partes et 51 minuta. Et quadratum quod est ex linea t a secundum illud exemplum est 3468 partes et 4 minuta. Et ergo aggregatum illud est quadratum quod est ex linea a b 29413 partes et 49 minuta. Erit ergo linea a b in longitudine 171 partes et 30 minuta secundum partes quibus linea fuit e d 120 partes. Et linea e a secundum illud exemplum 78 partes et 2 minuta. Sed secundum partes quibus diameter orbis egredientis centri est 120 partes erit linea a b 91 partes et 52 minuta. Et illud est quia subtendunt arcum cuius summa est 99 partes et 44 minuta. Ergo secundum partes quibus linea a b est 91 partes et 52 minuta et diameter orbis egredientis centri 120 partes erit linea e d 64 partes et 17 minuta. Et linea e a 41 partes et 47 minuta. Oportet ergo ex eo ut sit arcus qui est super lineam e a orbis egredientis centri 40 partes et 41 minuta. Et erit arcus e a b g totus 174 partes et 56 minuta. Propter illud ergo erit linea e d g 119 partes et 50 minuta secundum partes quibus diameter orbis egredientis centri est 120 partes. Et quia portio e a b g est minor semicirculo et propter illud cadit centrum orbis egredientis centri extra ipsam. Sit ponam ut punctus t sit centrum orbis egredientis. Et protraham super ipsum et super punctum d diametrum l t d m. Et protraham a puncto t super lineam g e perpendicularem t z et producam protractam usque ad punctum b. Et quia secundum partes quibus diameter l m est 120 partes est ostensum quod linea g e tota est 119 partes et 50 minuta et linea e d 64 partes et 17 minuta. Erit linea g d reliqua secundum istas partes 55 partes et 33 minuta. Quapropter propterea quod superficies orthogonia que continetur ab hiis duabus lineis e d et g d est equalis ei que continetur ab hiis duabus lineis l d et d m. Sed superficies orthogonia que continetur ab hiis duabus lineis e d et d g est 3570 partes et 46 minuta. Erit etiam illa que continetur ab hiis duabus lineis l d et d m scilicet 3570 partes et 46 minuta secundum partes quibus diameter l m est 120 partes. Et superficies vero que continetur ab hiis duabus lineis l d et d m cum quadrato quod est ex linea d t erit equalis quadrato quod est ex medietate diametri scilicet linea l t. Cum ergo minuerimus ex quadrato quod est ex medietate diametri scilicet 3600 partibus superficiem que continetur ab hiis duabus lineis l d et d m scilicet 3570 partes et 46 minuta remanebit nobis quadratum quod est ex linea t d secundum istas partes 29 partes et




4 minuta proveniet ergo nobis linea d k in longitudine et est ea que est inter duo centra secundum quantitatem
partis 1 partis et 23 minuta scilicet secundum partes quibus linea k l que est a centro orbis egredientis centri
est 60 partes. Et etiam quoniam medietas linee g e scilicet linea g z est 19 partes et 11 minuta secundum
partes quibus diameter l m est 120 partes. Et secundum istas partes ostensum est quod linea g d est 11
partes et 33 minuta, erit linea d z reliqua 4 partes et 22 minuta secundum partes quibus d k est 1 pars et 23
minuta. Et erit propter illud secundum partes quibus linea d k subtendens est 120 partes linea d z
97 partes et 20 minuta. Et arcus qui est super eam erit 108 partes et 24 minuta secundum partes quibus circulus
qui continet triangulum d k z orthogonium est 360 partes. Angulus ergo z k d secundum partes quibus
duo anguli recti sunt 360 partes est 108 partes et 24 minuta. Et secundum partes quibus 4 anguli recti sunt
360 partes est ipse 54 partes et 12 minuta. Et quoniam ipse est super centrum orbis egredientis erit arcus
etiam m s 54 partes et 12 minuta secundum partes quibus orbis egredientis centri est 360 partes. Arcus
vero g m secundus quoniam est medietas arcus g e est 87 partes et 3 minuta ergo arcus m g reliquus
qui est a longitudine propinquiore ad locum g habitudinum equalitatis noctis erit 32 partes et 51
minuta. Et apparet quod quoniam loca b g sunt in proposita 33 partes et 26 minuta arcus b m reliquus
et est ille qui est ab habitudine [illegible] ad longitudinem propinquiorem proveniet nobis 34 minuta. Et loca a b que
iam sunt posita 99 partes et 11 minuta, erit arcus reliquus et est ille qui est a longitudine longiore ad habitudinem
primam proveniet nobis 79 partes et 30 minuta. Et ergo centrum orbis revolutionis non revolvitur
super centrum orbis egredientis centri, assumemus eam quantitatem secundum istas quantitates que non
alterabuntur quoniam secundum [illegible] radice quam agimus non revolvitur nisi super centrum alium. Et
est ille quem continet cum centro dividente lineam d k in duo media et longitudinem k l
erit iam notum et quemadmodum ostendimus in stella martis et in aliis super superfluitates que
sunt longitudinum quas videmus. Et ut demonstremus quot sunt quantitates earum, quoniam sunt quantitates egressionis
a centro scilicet quod centrum orbis revolutionis non revolvitur super orbem egredientem centri alium
sed super orbem [illegible] super dispositionem que est propter orbem signorum formam circuli continentis centrum
centrum k d. Et sit nunc orbis egredientis centri descriptus centrum orbis revolutionis
l m circa centrum d, et orbis qui est motus equalis sit orbis n s circa centrum z equalis
orbi l m. Et applicetur diameter que transit per ambo centra et sit linea l m. Et assignabo
super ipsam centrum orbis signorum et punctum e. Et ponam secundum distinctionem primam
habitudinem equalitatis noctis centrum orbis revolutionis super punctum a. Et applicabo lineas
d a et e a et z s et e s. Et producam a duobus punctis d et e ad lineam a z
perpendiculares secundum rectitudinem duas perpendiculares d h et e t. Et quoniam angulus k z s et est angulus
oppositus equalis in loco, iam ostensum est quod est 79 partes et 30 minuta secundum partes quibus 4 anguli
recti sunt 360 partes et etiam angulus qui est super centrum eius, et est angulus d z h secundum
partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 79 partes et 30 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli
recti sunt 360 partes 179 partes. Erit propter illud arcus qui est super lineam d h 179
partes secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d z h orthogonium est 360. Et arcus
qui est super lineam z h est partes reliquarum complentium semicirculum et sunt 21 partes. Linea ergo
d h una duarum linearum que subtenduntur eis 117 partes et 49 minuta secundum partes quibus corda
d z est 120 partes. Et linea z h erit secundum istas partes 21 partes et 42 minuta. Ergo secundum partes
quibus linea d z que est medietas e z est due partes et 42 minuta scilicet. Et linea d a
et est ea que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes, erit linea d h due
partes et 39 minuta et linea z h secundum hoc exemplum 30 minuta. Et quoniam cum quadratum quod est ex
linea d h minuitur ex quadrato quod est ex linea d a est quadratum quod est ex linea a h
proveniet h linea secundum istas partes 59 partes et 76 minuta. Et secundum hoc exemplum linea
z h est equalis linee h t. Et linea e t est dupla linee d h, erit linea a t
tota 60 partes et 26 minuta secundum partes quibus linea e t est 5 partes et 18 minuta. Quapropter
erit corda a e secundum istas partes 60 partes et 40 minuta. Ergo secundum partes quibus linea
a e est 120 partes erit linea e t 10 partes et 29 minuta. Et arcus qui est super eam
10 partes et minuta viginti scilicet secundum partes quibus circulus qui continet triangulum a e t




orthogonium est 360 partes. Erit ergo propter illud angulus t a e 10 partes et minuta viginti secundum partes quibus duo
anguli recti sunt 360 partes. Et quoniam secundum partes quibus linea e t est 5 partes et 18 minuta. Et linea
z s que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes, et linea z t partes una et minuta
est quod linea sit tota est 61 partes proveniet nobis linea s e subtendens et secundum
istas partes 61 partes et 14 minuta. Quapropter secundum partes quibus linea s e est 120 partes erit linea
e t 10 partes et 23 minuta. Et arcus qui est super eam erit 9 partes et 11 minuta secundum partes quibus
circulus qui continet triangulum e t s orthogonium est 360 partes. Angulus ergo e s t est 9 partes
et 11 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes. Et secundum istas vero partes est
ostensum quod angulus t a e est 10 partes et viginti minuta. Ergo angulus a e s reliquus et est angulus
superfluitatis equationis secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes est 1 pars et 9 minuta. Et secundum
partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes erit 34 minuta. Tempore autem stelle scilicet quando locus
habitudinis prime habitudinum equalitatis noctis fuit visus super lineam e l super 23 partes
et 11 minuta scorpionis. Tunc apparet quod si centrum orbis revolutionis non moveretur super orbem
egredientem centri scilicet super orbem n s est in centro orbis revolutionis super punctum s
quando orbis et stella sunt visa super lineam e s et sunt secundum superfluitatem eius
que est inter duo loca 34 minuta. Est ergo eius locus super 23 partes et 14 minuta scorpionis.


Et etiam in figura habitudinis secunde ponam secundum formam habitudinis secunde habitudinum equalitatis noctis
ita ut ipsa sit secundum partes partem longitudinis propinquioris. Et quoniam arcus
s n orbis egredientis centri iam ostensum est quod est 34 minuta erit angulus n z s secundum
partes quibus 4 anguli recti sunt 360 partes 34 minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti
sunt 360 partes 1 pars et 10 minuta. Erit ergo propter illud arcus qui est super lineam d h partes una
et 10 minuta secundum partes quibus circulus qui continet triangulum d z h orthogonium est 360 partes. Et
arcus qui est super lineam z h erit illud quod remanet ad complendum semicirculum et est 178
partes et 10 minuta. Linea d h una duarum linearum que subtenduntur eis erit partes una et 13
minuta secundum partes quibus linea d z subtendens est 120. Et linea z h erit secundum istas partes
fere 120 partes. Ergo secundum partes quibus linea d z est due partes et 42 minuta. Et linea z b
que est a centro orbis egredientis centri est 60 partes. Erit linea quidem d h 2 minuta
et linea z h secundum illud exemplum due partes et 42 minuta. Et similiter linea h b quando
est inter lineam d b subtendentem et inter ipsam due secundum istas partes erit 60 partes. Et
etiam quoniam linea t h est equalis linee h z et linea e t est dupla linee d h proveniet
nobis linea t b reliqua 57 partes et 18 minuta secundum partes quibus linea e t est 4 minuta. Et
propter illud erit corda e b secundum istas partes 57 partes et 18 minuta. Quapropter secundum partes
quibus linea e b est 120 partes erit linea e t 8 minuta et arcus qui est super eam erit
8 minuta etiam secundum partes quibus circulus qui continet triangulum e b t orthogonium est 360
partes. Angulus ergo e b t est 8 minuta secundum partes quibus duo anguli recti sunt 360 partes.
Et similiter etiam quoniam secundum partes quibus linea z s que est a centro orbis egredientis centri
